



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines


Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:


- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>



**Harvard College
Library**



FROM THE FUND GIVEN BY
Stephen Salisbury

Class of 1817

OF WORCESTER, MASSACHUSETTS

For Greek and Latin Literature

**École Normale Supérieure
de Médecis ,
A PARIS**





[REDACTED]

SCRIPTORUM LATINORUM

NOVA COLLECTIO.

CURANTE A. E. EGGER.

TOMUS II.

VERRIUS FLACCUS

ET

SEX. POMPEIUS FESTUS.

TYPIS MOQUET ET SOCIORUM,
VIA LAHARPE, 90.

C

M. VERRII FLACCI

FRAGMENTA

POST EDITIONEM^{MO} AUGUSTINIANAM DENUO
COLLECTA ATQUE DIGESTA

SEXTI POMPEI FESTI
FRAGMENTUM

AD FIDEM URSINIANI EXEMPLARIS RECENSITUM

subjectis aliorum suisque notulis et indicibus necessariis

EDIDIT

A. E. EGGER

In collegio Caroli Magni professor

—
Insunt fragmenta veteris latii sermonis e Pandectis .
—

PARISIIS

APUD BOURGEOIS-MAZE BIBLIOPOLAM

AD RIPAM SEQUANE DICTAM VOLTAIRE n° 24

—
M DCCC XXXVII

V 22. L. 50

HARVARD COLLEGE LIBRARY
FROM THE LIBRARY OF
ABBÉ H. THÉDENAT
JAN. 6, 1921
SALISBURY FUND.

PRÆFATIO.

Verrius Flaccus, ævi Augustei grammaticus nobilis, circa incipientem Tiberii principatum, scriperat *de Verborum significatione* vel *significatu* libros xix, quos sæculo post Chr. III vel IV, in compendium redegit S. Pompeius Festus, alias nulli veterum, præterquam Charisio et Macrobio, memoratus. Et hoc quidem opus videtur apud homines doctos in usu fuisse, donec annis a Festo plus minus CCCC, Paulus Diaconus vere aureum antiquitatis Romanæ thesaurum, æqualium suorum inertiarum et secordiarum minus utilem, arctiori volumine complexus est; qui, qua ratione vetus exemplar tractaverit, hic persicqui non attinet¹. Ut autem Pompei Festi epitoma Verrianos libros, sic Pauli Diaconi libellus Pompeiana volumina vel suppressit, vel effecit ut a librariis postea negligerentur; eaque causa, cur qua-

¹ Ipse Verrium sæpius acriter insectatur, ut p. 136, s. v. *Saltca res est*; 137, s. v. *Spondere*; 148, s. v. *Sertor*; 158, s. v. *Terentum*; 181, s. v. *Orcus*; 184, s. v. *Pictor Zeuxis*; 189, s. v. *Iatum*; 191, s. v. *Tersum diem*, etc. Cf. quæ de suo proposito refert, p. 35 sq. s. v. *Porratiam*.

tuor omnino sint manuscripti codices Festi, quorum ad nos aliqua notitia pervenerit, uno tantum superstite :

1. quem, initio saeculi p. Chr. V, Macrobius in manibus habuit¹; et jam non exstat.
2. quem Placidus, aetatis incertae grammaticus, dum Glossas componeret ab Angelo Maio nuper editas²; et jam non exstat.
3. qui fuit Pauli Diaconi, aequo deperditus.
4. Farnesianus, ex Illyrico quondam allatus, quiique nunc asservatur in Regia Bibliotheca Neapolitana; ab M littera incipiens, hac ipsa in parte, quae superest, misere mutilatus, (v. Niebuhrri notam p. 300 sq. ed. nostræ) et aliquot schedis minor, quæ apud Pomponium Lætum exstabant.

Farnesiani codicis fragmenta primis renascientium litterarum temporibus quidam decrisserunt, alii describendum curaverunt, alii etiam in archetype videntur legisse. Quamvis autem jam anno D. 1489 Angelus Politianus in *Miscellaneis* cap. 73

¹ V. p. 31 sq. editionis nostræ.

² *Auctores classici s. Vatic. codd. T. III, p. 427.* Repetita sunt ab editoribus germanis Annalium philol. et pedag. (a. 1833. cf. Fr. Duboer in *Rhein. Mus.* 1835, *Inedita etc.* p. e. n. viii). Ursinus in notis Festi verba cum Placi glossis MSS. jam sepe contulerat.

ad eorum auctoritatem provocaverit¹, mala fortuna factum est, ut Pauli Diaconi epitoma, ante inventam artem typographicam sæpius descripta, mox typis edita a. 1471, postea plus quam decies ad exitum saeculi XV repeteretur, genuinæ autem Festi reliquiae in privatis bibliothecis delitescerent.

Anno demum 1510 *Conagus* nescio quis, edenda

“ Quod nunc tradituri sumus, fortasse a nonnullis ut incertum, et vacillare parumque adhuc exploratum deridebitur, et exsibilabitur: sed ego mihi de eo dicendum putavi, ne vestigium illud antiquitatis pene jam abolitum, quaecumque sit, extingueretur. Ostendit mihi Romæ abhinc quadriennium [a. D. 1483] Manilius Rallus Græcus homo, sed Latinis literis adprime excutus, fragmentum quoddam Sex. Pompei Festi (nam ita erat in titulo) sane quam veterum, sed plerasque mutilatum, prærosumque a muribus. Quod me magnopere tenuit, si quidem reliqua illæ qualescumque ex integro ipso volumine superabant, quod autor Festus composuerat, non ex hoc autem compendiario, quod nunc in manibus coactum violenter et decurtatum, scilicet ab ignobili et indecoto quodam, nec ista quoque nomine satis bene de litteris merito. Nonnullas quoque ex eodem fragmento Pomponius Lætus, vir antiquitatis et literarum honorarum consultissimus, sibi pagelles retinuerat, quas itidem legendas mihi, describendasque dedit. » Sequitur conjectura de vera lectione Catulliani versus quem vide p. 114. Petri autem Victorii variae lectiones, quas et citat A. Augustinus in præf. ed sue, editis jam dudum ac sæpius repetitis Festi fragmentis, lucem viderunt a. D. 1553.

Pauli epitoma, primus ex Paulo et Festi laciniis farraginem composita rudem illam et indigestam, de qua typographi monitum et versus infra descriptos volui, quia et rarissimum exemplar est, et familiam ducit, nec ulli recentiorum editorum videtur innotuisse.

Lector. Si fragmenta Sesti (*sic*) Pompei Festi quae omnia reperta hic apposita sunt ab M. litera incipiendo usque ad calcem non sequestrata posita sunt : sed coniuncta aliis. id industria factum est : ne replicando legentes taedio afficiantur : et quia quedam addita sunt quae non erant in exemplari : Pii nostri : sed in alio eiusmodi : quae adeo dura sunt ut omnino recte constare non videantur : tamen ob temeritatem vitandam : et ne quid ipsorum fragmentorum omitteretur (*sic*) : justa (*sic*) exemplar impressa sunt : quae si Pius ipse : qui propter sui absentiam : ea castigare nequiebat : Sed nec ipsius exemplar reuidere : dum imprimeretur : affuisset correctiora haberentur. Itaque ne ipsi Pio attribuas : eas additiones que (*sic*) sunt incorreptiores (*sic*) : ab alieno exemplari sumptas inferius annotate (*sic*) sunt.

In littera. s. Satis verbum : maxime a pteris retro.

In littera. t. Trium ulri : per totum quod fragmentum in quodam exemplari : coniunctum est cum senonas gallos : sequendo trasalpina (*sic*). In littera S.

In littera T. toppe in aliquibus lacis.

Ad festum alliciat : qua te ratione : conagus.

Lector adinuenit : consilium ipse probes.

Fragmenta. apposuit : quae nunc superaddita cernes

Cauit : et ut coheant, ordine queque (*sic*) suo.

Si qua : latina parum fuerint : seu dura : fatetur

Ne depravaret : se variasse nihil.

Prodiit liber Mediolani , cum Varrone (de lingua Latina) et Nonio. Marcello ; et eum representant Parisinae horum trium grammaticorum edd. a. 1511 et 1519; inter quas ex temporum ratione collocanda est Aldina editio Thesauri Cornucopiae, Venetis 1513, iisdem typis repetita a. 1517, mox a. 1527, cum aliquot notis Mich. Bentini , quas recentiores omnes neglexerunt ¹.

Aldinum Thesaurum alii trans Alpes citraque typographi suum fecerant, sed ita ut nihil aut pauca, certe in libris Pompeii Festi, mutarent ; et parum haec litteratorum studia nostro profuerant, quum a 1559, Antonius Augustinus , ille vetustatis omnis

¹ Falluntur ergo quicunque , Augustino duce , Aldum farraginis ejus, quam dixi, compositorem tradiderunt ; nec Aldus ipse tale quidquam de se praedicit in praeloquio ad lectorem, sed Paulo et ceteris ejusdem farinæ brevioribus mala precatur , quasi nesciat aliquam certe domni partem. fragmenta Festi a se edita resarcire.

PRÆFATI.

curiosus indagator, ex locupletissima bibliotheca Rainutii Farnesii cardinalis, codicem fragmenti archetypum nactus, totam Pauli epitomam, appositis Festi non solum glossis superstibibus, sed minutissimis etiam fragmentis, ordine alphabeticō digessit; (editores autem priores omnes, ut et codd. MSS., verba ex prima tantum littera, antiquo more, ordinaverant). Is præterea indices scriptorum rerumque obiter dictarum, et notas addidit non nullius pretii; primus denique fragmenta Verrii Flacci diligenter collecta præmisit, quæ recentiores ad hunc diem mutatis hinc inde aliquot syllabis, recudere satis habuerunt.

Hæc est Augustiniana, aut Veneta, ut alias dicitur, editio, quam Josephus Scaliger commentario et supplementis ornavit. Et de Scaligeri quidem opera multi diverse judicaverunt; sed utcumque magno viro cesserint conatus, satendum est fragmenta multilarum paginarum editoris arbitrio disjecta, incertis lacunarum mensuris, incommodam conjecturæ materiam præbuisse, etsi multis in locis Pauli auctoritas adjuvaret.

At Festo salutem vere attulit vir bono veterum litterarum natus, Fulvius Ursinus, qui notis suis ita præfatur:

DE FESTI FRAGMENTO.

¶ Vigesimus agitur annus, ex quo Antonius Augustinus[†] Archiep. Tarraconensis, Festi fragmentum, quod majorum memoria ex Illyrico advectum in bibliotheca Farnesiana servatur, multo quam alii diligentius cum vulgatis contulit, et primus partem alteram ejus libri mutilam exscripsit, commentariisque a se illustratam edidit Venetis, opera Caroli Sigonii. Sed ut tunc erat Romæ stilibus judicandis XIIIVIR, aliique gravioribus curis impeditus, nonnulla clarissimo viro deque literis optime merito, in eis schedis describindis, exciderunt. Quam quidem editionem doctissimi viri postea secuti, tam multa in ea restituerunt, ut ex iis, qua Lutetiae vulgarunt, intelligi facile possit, quid facturi fuissent, si emendatiorem codicem nacti essent. Nos igitur, quibus has antiquitatis reliquias non scilicet inspiciendi, sed etiam arbitratu nostro tractandi commoditas saepe fuit, cum ex locorum aliquot collatione animadvertissemus, si fragmenti hujus schede ad fidem archetypi exemplaris representarentur, fore ut que mutila, mancaque in iis sunt, omnes antiquitatis studiosi facilius ea, certiusque essent divinaturi, caravimus paginas ipsas, co quo Festus scripsit ordine, numero versuum in singulis pagellis, et litterarum in unoquoque versu, nec aucto nec diminuto, ita ut sunt in exemplari, quia potuimus diligentia, describendas. Hoc amplius, partem paginarum mutilam, habita spatii, quod supplendum

fuit, ratione, infinitis locis resarcivimus : multa ex eorum scriptis, quos supra nominavimus, mutuati, multis etiam de nostro additis, non quod ea vera esse, aut ita Festum scripasse arbitremur, sed ut doctorum ingenia excitaremus ad bene de hoc fragmento merendum. Atque ea quidem supplementa litterarum varietate et notis etiam quibusdam ab antiquo distinximus. Ab eo autem separavimus schedas illas, quas a Marullo habuisse dicitur Pomponius Lætus, quod earum archetypum exemplar non extet, et pars altera paginarum, quæ margini proximior ab igne mutilata fuit, neglecta ab iis qui tunc fragmentum descripsérunt, in præsentia desideretur. Quas autem nos edidimus, sunt illæ quidem e doctissimi viri exscriptæ chirographo, aliis editionibus non modo emendatores, verum etiam aliquot locis auctiones : ut si qua præter hæc in vulgatis sint, ea plane non esse Festi credendum sit, sed e Pauli epitoma, aut aliunde petita. His omnibus ultimo loco addidimus per breves quasdam notas earum tantum rerum, quæ vise sunt ab aliis prætermisso. Nam quæ ex epitoma Pauli aut aliorum commentariis suppleta sunt, quia in promptu omnibus, hic notare, nisi si qua imprudentibus nobis irrepererunt, supervacaneum duximus. »

Quin magna fuerit in describendo opere diligentia Fulvii Ursini, vix dubitari potest. Verum a typographis pessime habita est scriptura et per se difficultilis et omnibus corruptelis depravata. Eodem vitio

laborant editoris notæ; index autem glossarum, ab aliquo scholastico, ut arbitror, confectus, omni mendorum genere scatet. Aliud malum, quod Sche-dæ glossis aliquot minorcs ad Ursinum pervenerant, ut quedam in editione Romana desint, quæ, illo ne-quicquam obloquente s. fin. præfationis, nunc a veteribus sunt repetenda. (v. infra p. 293.)

Ursinianum librum a. 1583, nescio an emendatius, Parisiis fuisse repetitum, e catalogis didici, nec editionem hanc mihi licuit inspicere. Mox in suis Auctoribus Linguae Latinæ Dion. Gothofredus, ne quid erudi homines in perlegendis Festi reli-quiis desiderarent, Augustinianam compilationem et Farnesiani codicis Schedarumque paginas ex ed. Romana recudi curavit, in hoc parum diligentii typographorum opera usus; si quidem ii, multis in pagina, ut alia vitia omittam, versuum composi-tionem misere turbaverunt.

Augustinum sequuntur Dacerius (1681), et Dacerii editores Batavi, (Amstelodami 1700 vel 1701), nisi quod isti fragmentum ex Ursino repetunt, sed pagina quadratis, rupta paginarum versuumque Co-dicis ratione.

Quot maculas scriptura tam sæpe varieque ab editoribus tractata contrahere debuerit, facile idorei arum rerum judices intelligent. Equidem exempla rætereo, ne præfatio in commentarium excrescat.

Id ~~unum~~^{um} animo simplici profitebor, præter Lindemannii editionem¹ vix alteram esse, quæ fidem aliquam, maxime in mutilatis Festi paginis, mereatur. Ipse tamen Lindemannus, cuius multa et insignia in Paulum Festumque merita sunt, ut in epitoma Pauli manuscriptorum codicum ordinem restituerat, ita in fragmento Festi seorsim impresso, criticis rationibus non satis consuluit, qui suas paginas Ursinianis respondere non curaverit, sed numeris propriis initia tantum finesque signaverit. Nam quadrata charta exactam lacunarum measuram vix recipit, sine qua omne supplementis ingenium nugatoria in alea versatur. Adde quod Ursini supplementa a textu Farnesiano non ubique recte distinxit, alias nimio plus diligens libri veteris imitator.

Quæ cum animadvertem, dictante insuper bibliopola Festum Varroni comitem in primis ab emptoribus flagitari, operæ pretium fore existimabam, si Farnesianam scripturam ad fidem editionis Romanæ, emendatis erroribus, quos supra notavi, additis indicibus necessariis, accuratius edere institerem. Tum quia, ab Antonio inde Augustino, Verrianis fragmentis nemo quidquam vel addiderat vel correxerat², telam hanc omnino retexui, neglectis

¹ Gramm. Latini. vett. Tom II. Lipsie 1832, 4°.

² Fogginum excipio, qui explanationi sue Fastorum

tamen iis, quæ apud Festum exstabant et in indice auctorum significari satis erat.

Etsi autem in fronte titulum Romanæ editionis, quam verissime potuit, repræsentari curavimus, non miraberis, lector benebole, si conjecturas a margine in finem cuiusque paginæ translatas, si compendia typographica paulo diversa, si uncos pro diversis litteris inductos, si glossarum initia recto obelo distincta¹, si certam interpungendi rationem, eamque faciliorem, pro incerta et rudi, usurpatam reperies. Quippe libelli nostri elegantia detrahere noluiimus, quod fiduci non adderetur. In hoc magis excusandi videmur, quod Ursini textum non modo ex

Prænestinorum subjecit fragmenta Verrii non auctiora, sed ad ordinu disposita :

1^o p. 87-89. V. F. narrationes historicæ, quas in ejus libris exstasse (sic) scriptores veteres testantur.

2^o p. 90-95. Verborum quorundam significaciones et orthographia ex Verrio Flacco apud Festum aliosquæ veteres scriptores [secundum alphabeti seriem digestæ].

Quod Fogginius Farnesianas etiam reliquias compilavit, etsi totas exscribere melius fuisset, recte tamen. Quid vero Festi editionibus accedat commodi, si quæcumque grammaticus iste, addito Verrii sui nomine, de verborum significatu lasseruit, repetita initio libri legantur, equidem non video; festus enim totus nihil aliud est, quam longissimum Verrii locci fragmentum.

¹ Reliqua vide infra p. 298.

erratis et notarum ipsius collatione, sed ex Augustino et veteribus ante Augustinum libris correxi mus; id quidem raro, et summa necessitate coacti, maxime in Schedis, utpote ab Ursino negligentius editis. Ultra tentare nec propositi nec ingenii nostri fuisset, præsertim cum is sit scriptor Festus, in quo corrigendo grammatici manus vix operis lege se cōtineat. In supplementis Ursini ut plura resinximus, quo, salva sententia, versus editionis Romanae recentiori typorum modulo exprimerentur, ita ubicumque sententia male restituta claudicaret, novis conjecturis abstinere melius visum est, nisi quod uno altero-ve loco novam lectionem auctoritate monumentorum firmata nolumus respuere. (v. p. 95 versu 6. coll. interpp. ad Dionem Cass. p. 36, 30.) Quas Ursicus margini conjecturas adscipxit, eas saepe falsas, ut p. 188, 2. *Cornificius* (v. ind. Anct. s. v.), nonunquam inutiles, ut p. 190, 4 *dēditione*, admodum ἐπεικῶς tractavimus. Fuit tamen ubi manifesti errores necessario tollerentur (v. e. g. p. 184, n. 5, *pretii pro auctoris*). Notulae ad scripturam Farnesiani codicis pertinentes hunc in finem additæ sunt, ne quid omissum critici arguerent, quo bonæ vel mala lectionis utcumque veritas constaret.

In Pompeium Festum indices nondum exstabant omnibus numeris absoluti. En hæc habebis, lector bene-vole, si non novos, certe renovatos et auctiores; sed

quid in hac libelli parte præstiterim, melius est comparatione priorum editionum¹, quam verbis meis significari.

Dum hæc Festo vel remedia vel subsidia parantur, commodum advenit, ut vir omnigenæ eruditiois laude florens, C. A. Stahl, appendicis loco mihi offerret veteres juris Romani reliquias, e Pandectis opera sua studioque collectas, aptum sane nostræ veterum litterarum συναγωγὴ principium. Arripui munus, ut par fuit; atque ita, lector, trado tibi volumen diversa non materia sed auctoritate commendabile, in quo utinam ne te laboris mei pœniteat, effecerim.

De Pauli epitoma, de commentariis in Varronem et Festum edendis, et si jam destinavi aliquid, malo tamen judicium tuum exspectare.

Scribebam idibus octobr. MDCCCXXXVIII.

¹ E. g. vide ind. I, v. *Cato*, *Lex*, *Lingua*; ind. II, præter greca verba, v. *œdis*, *sacellum*, *sacra*, etc.

² Vel, ut cum Festo loquar, *ampendicē* (ab *et pro circum*, *et pendere*); v. Pauli Epit. p. 18 Lindemann.



Ad festum alliciat : qua te ratione : conagus.

Lector adinuenit : consilium ipse probes.

Fragmenta. apposuit : quae nunc superaddita cernes

Cauit : et ut coheant, ordine queque (*sic*) suo.

Si qua : latina parum fuerint : seu dura : fatetur

Ne depravaret : se variaesse nihil.

Prodiit liber Mediolani, cum Varrone (de lingua Latina) et Nonio Marullo; et eum representant Parisinæ horum trium grammaticorum cdd. a. 1511. et 1519; inter quas ex temporum ratione collocanda est Aldina editio Thesauri Cornucopiæ, Venetis 1513, iisdem typis repetita a. 1517, mox a. 1527, cum aliquot notis Mich. Bentini, quas recentiores omnes neglexerunt¹.

Aldinum Thesanrum alii trans Alpes citraque typographi suum fecerant, sed ita ut nihil aut pauca, certe in libris Pompeii Festi, mutarent; et parum hæc litteratorum studia nostro profuerant, quum a. 1559, Antonius Augustinus, ille vetustatis omnis

Falluntur ergo q. icumque, Augustino duce, Aldum farraginis ejus, quam dixi, compositorem tradiderunt; nec Aldus ipse tale quidquam de se prædicat in præloquio ad lectorem, sed Paulo et ceteris ejusdem farinæ breviatoribus mala precatur, quasi nesciat aliquam certe domini partem fragmenta Festi a se edita resarcire.

antecessores, commendati illi a summo viro Ruhnkenio : Etsi JC. labente latinitate vixerunt, tamen ex veterum libris quos legendo conterebant, tales orationis nitorem duxerunt, ut in classicorum scriptorum numerum recipiendi videantur. (Præf. ad Scheller. lexic. lat. belg. L. B. 1799, in-4°, p. III.) Tu interim, lector, hæc paucula bono animo accipias velim et favere perge.

STAB.

Cuppa et seria [vasa vini]. Ulpian. L. 15, D. 7, 1 et L. 3, 1. D. 33, 6.

Vinum ponitur in amphoras, oleum in metretas.
Gai. L. 35, 5. D. 48, 1.

Calix diatretus [διάτρητος, fait au tour]. Ulpian. L. 27, 29. D. 9, 2.

Electrum vel aurichalcum. Ulpian. L. 1. D. 50.
Vasa electrina. Paul. L. 32, 5. D. 34, 2.

Zythum in quibusdam provinciis ex tritico, vel ex hordeo, vel ex pane conficitur ; camum ; cervisia ; hydromeli ; cœnomeli, id est, dulcissimum vinum ; passum [Virg. Georg. 2, 93.] Ulpian. L. 3. D. 33, 6.

Garum , muria. Ulpian. L. 3, 1. D. 33, 3 [espèce

de sauce et de saumure. Pothier III , 203.
edit. 1818, in-4°.]

Uvæ duracinæ. Paul. L. 205. D. 50, 16. Acida et
mucida. Pompon. L. 6. D. 18, 6.

Cullei quibus annona in horreo servata. Scaevola L.
43, 1. D. 13, 7. Magis [vas farinæ]. Paul.
L. 36 D. 12, 6.

Lacerta [sardelle]. Ulpian. L. 3, 3. D. 33, 9.

Ossuaria, in sepulcro. Ulpian. L. 2. D. 47, 12.

Sigillum [parva statua]. Ulpian. L. 19, 8. D. 34, 2.

Viriola [armilla] aurea, inaurata. Ulpian. L. 14.
D. 18, 1; ex quatuor viriolis duas eligere.
Pompon. L. 8, 1. D. 33, 5.

Argento legato, non puto ventris causa habita scaphia
contineri, quia argenti numero non habentur.
Ulpian. L. 27, 5. D. 34. 2. [cf. Martial. 11,
11, 6.]

Sella [numquam equis vel mulis gesta], Panl. L. 7.
D. 8, 3.

Cisiarius, id est carrhucarius. Ulpian. L. 13. D. 19,
2. Mula carrucharia. Id. L. 38, 6. D. 21, 1.

Camelasia. Hermogenian. L. 1, 2, et Charis. L. 18,
11. D. 50, 4, [impedimentorum ferendorum
causa. Pothier, IV, 588.]

Styptericæ [στυπτηρία, *alun*] metallæ. Ulpian. L. 3.
6. D. 27, 9.

Pontones. Paul. L. 38. D. 8, 3 [est genus navium
gallicarum. Cæsar, bell. civ. 3, 29.]

Navem accipere debemus sive marinam sive fluvialem,
sive in aliquo stagno naviget sive schedia sit.
Ulpian. L. 1, 6. D. 14, 1.

Mœnianum. Ulpian. L. 2, 6. D. 45, 8, et Javolen.
L. 242. D. 50, 16; suggrunda, protectum.
Ulpian. L. 5, 6. D. 9, 3.

Tigni appellatione continetur omnis materia ex qua
aedificium constet, vineæque necessaria. Ulpian.
L. 1, 1. D. 47, 3.

Vitem arboris appellatione contineri plerique veteri-
rum existimaverunt; bederæ quoque et arrundines
arbores non male dicentur; idem de salicto dicen-
dum est. Ulpian. L. 3. D. 47, 7.

Aedificia urbana prædia appellamus. Idem, L. 1.
D. 8, 4; urbanum prædium non locus facit sed
materia. Id. L. 198. D. 50, 16. Prædium rusti-
cum ab urbanis non loco sed qualitate secernitur.
Diocl. et Maxim. c. 16. C. 5, 71.

Diplomate iter continuare [*aller en poste*], diebus ac
nactibus et omni tempestate contenta. Venulei.

L. 137, 2. D. 45, 1; fabo diplomate vias
commeare. Modestin. L. 27, 2. D. 48, 10.

Numularji foro cedunt [*font banqueroute*]. Ulpian.
L. 7, 2. D. 16, 3.

Malum venenum. Id. L. 7. D. 9, 2; veteres fraudem
pro pena ponere solebant. Id. L. 23. 2. D. 21, 1.

Damnum infectum [*dommage à craindre*]. Gai.
L. 2. D. 39, 2.

Impossibile praeceptum nullius est momenti. Paul
L. 3. D. 49, 8.

Inquit lex : ruperit; rupisse verbum fere omnes
veteres sic intellexerunt, corruperit; Celsus non
negat fractum et ustum contineri corrupti applica-
tione. Ulpian. L. 27, 13, et 16. D. 9, 2.

Vereor ne [ut] possit. Id. L. 45, 6. D. 23, 2.

Idoneior. Callistrat. L. 18. D. 26, 2.

Exceptio dicta est quasi quedam exclusio qua inter-
ponni actioni cujusque rei solet, ad concluden-
dum id quod in intentionem condemnationemve
deductum est. Ulpian. L. 2. D. 44, 1.

Quæsumit est an quod heredes fratribus rogati essent
restituere, etiam ad sorores pertineret; respondit;
pertinere, nisi aliud sensisse testatorem probetur.
Scævola L. 93, 3; equis legatis et equæ continentur.

Marian L. 65, 6; *semper sexus masculinus etiam femininum sexum continet.* Julian. L. 62. D. 32.
Decreta a Prætoribus latine interponi debent. Tryphonin. L. 48. D. 42, 1; græce sive latine. Arcad. et Honor. (397), c. 12. C. 7, 45; græca verba et legitima verba. Theodos. et Valent. c. 14. C. 7, 2. [cf. Procop. Goth. 3, 14.]



**DE
M. VERRIO FLACCO
HISTORICA TESTIMONIA.**

1. *Chlorophytum comosum* L.

2. *Chlorophytum comosum* L.

DE M. VERRIO FLACCO

HISTORICA TESTIMONIA.



I. *Verrius Flaccus, libertinus, docendi genere maxime inclinatus. Namque ad exercitanda discentium ingenia aequales inter se committere solebat, proposita non solum materia, quam scribebant, sed et præmio, quod viceret auferret. Id erat liber aliquis antiquus, pulcher aut rarius. Quare ab Augusto quoque nepotibus ejus præceptor electus, transiit in Palatium cum tota schola; verum ut ne quem amplius posthac discipulum reciperet, docuitque in Atrio Catilinae domus, quæ pars Palatii tunc erat, et sestertia centena in annum accepit. Decessit ætatis exactæ, sub Tiberio. Statuam habet Prænestine, in inferiore Fori parte, contra hemicyclium, in quo fastos, a se ordinatos; et marmoreo parieti incisos, publicarat.* (*Sueton. de grammaticis xvii.*)

II. *Lucius Crassitus—cum edoceret jam multos ac nobiles, in his Julum Antonium, triumviri filium, ut Verrio quoque Flacco compararetur, dimissa repente schola transiit ad Quinti Septimii philosophi sectam. (Id. ibid. xviii.)*

III. Marcum quidem Antonium, ut insanum increpat (Augustus), quasi ea scribentem, quæ mirentur potius homines, quam intelligent. Deinde ludens malum et inconstans in eligendo genere dicendi ingenium ejus, addidit hæc : Tuque dubitas, Cimberne Annus ac Verrius Flaccus imitandi sint tibi, ita ut verbis, quæ Crispus Sallustius excerpit ex Originibus Catonis, utaris? an potius Asiaticorum oratorum inanibus sententiis verborum volubilitas in nostrum sermonem transferenda. (*Sueton. Aug., c. 86.*)

IV. Circa olymp. 196 (u. c. 761, p. Chr. 8) Athenodorus Tarsensis, Stoicus Philosophus, et M. Verrius Flaccus grammaticus insignes habentur. (*Eusebius Chronicon Hieronymianum. qd q. l. Verrii Flacci mentio abest a codice Armenæ versionis.*)

V. Orellii Inscr. Latinæ n. 1167 :

Q. VERRIO Q. F. PAL.

FLACCO

SEVIRO AVG.

CVRATORI MVNERIS PVBLICI
DECRETO STAVYAM ET FAS (sic.)¹.
ORDO DECVRIONVM ET AVGVSTALIVM
ET PLEBS VNIVERSA S. P. P. P. D. D.².

Præneste. Fabrett. 486, 162. Don. *Class.* V. 120. Mur. 618, 3. Male, si quid video, Fogginus. (*Fasti, p. xviii*), retulit ad celeberrimum grammaticum Verrius Flaccum : nilus enim obstat ordo Augustalium scrius sane institutus. Præterea grammaticus fuit *libertinus vel libertus* (V. Fogg., p. xvii), ideoque

Q. F. dici nequibat. Prænomen denique, si fides Hieronymo, habuit *Marcus*. ORELL.

¹⁾ *Fastigium* explicans Fogg. parum probabiliter conjectit AD FASTOS. ²⁾ *Sumptu publico postulante populo dedicarunt*. Fogg. Non placet. ORELL.

Titulus idem apud Orellium n. 4009 per errorem repetitus legitur, cum annotatione paulo diversa. Hic *fastigium* pro FAS unice probat Cl. Editor, coll. Sueton, Cæsar 76. Evidem BAS [IM] legendum suspicor. Truncum B quam facile in F mutari possit per se satis appetit; tum in titulis non raro basis cum statua memoratur, e. g. n. 1544. 1546. 4040. 5022. cf. 1596. 1670.—Mox de interpretatione litterarum S. P. P. P. D. Foggini conjecturam adjuvat inscriptio Prænestina n. 2627, ubi sine ullo scriptura compendio, legitur : M. AVRELIO — — — I IIII I VIR AV [GVST.] HVIC RESPVBCLICA PRÆNESTINA OB INSIGNEM EIUS AMOREM ERGA CIVES PATRIAMQUE POSTVLATV POPVL V STATVAM POSVIT.

De temporum repugnantia, quam Orellius notavit, hoc tantum monebo, Augustales, vivo Augusto, non solum in urbe, sed in coloniis ac municipiis (V. Orell., cap. xvi, § 12, cf. n. 3310) jam existisse. Porro Verrius Flaccus, qui *ætatis exactæ* sub Tiberio decessit, Augustali seviratu apud Prænestinos suos potuit esse ornatus.

Quod vero utriusque Verrii prænomina et ratio nominum in inscriptione laudata obstant, quominus alter idem cum altero, aut illius hic libertus fuisse videatur, patronum etiam nunc Verrius noster desiderat. *Manutius* quidem ad Ciceronis Ep. ad Div. ix,

20 (...ut *Verrium tuum et Camillum, qua muniditia homines, qua elegantia! vocare sæpius audiamus*. Cf. Ep. 26 et xn, 14) : Opinor, inquit, hanc esse Verrium Flaccum juris Pontificii peritissimum, quem Macrobius lib. I Sat. (V. infra infragm. n. 28.) nominat, ejusque libertum fuisse Verrium illum, a quo sumpsit Festus : qui et ipse accepto patroni cognomine, Flaccus dictus est. Libertinum enim appellat Suetonius in libello de claris grammaticis. » Sed plane incerta res est, vel quia Cicero *elegantis gula*, ut Manutii verbis utar, non eruditu*m* ingenui hominem appellat. Certe quod nuper in alterius Flacci patre ingeniore demonstravit C. L. Grotefend V. D., eum municipii libertum ab Horatia tribu nomen traxisse, in qua Venusia censebatur (V. *Zeitschrift für die Alterthumswissenschaft*, 1834, n. 22), in Verrio nostro locum non habet : nam neque Verria tribus ulla agnoscitur, et, si Prænestinus ille fuit, et a patriæ sua duumviris manumissus, *Menenium*, non *Verrium* litteræ veteres tradidissent, quum Prænestiæ ad Meneniam pertineat. (V. ejusdem Grotefendi *de tribubus Romanis* disputationem in *Zeitschr. f. d. A.* 1836, n. 114—118.)

Habes, lector, quam colligere potui, Verriorum familiæ memoriam, tenuem illam et interruptam: vel si addas M. Verrios quinque apud Murator., p. 867, 1. de stemmate ordinando satius erit ἐπέχειν.

M. VERRII FLACCI

FRAGMENTA

E VARIIS FONTIBUS.





M. VERRII FLACCI

FRAGMENTA

E VARIIS FONTIBUS.

I.

LIBRI RERUM MEMORIA DIGNARUM.

1. Statua Romæ in comitio posita Horatii Coclitis
fortissimi viri de celo tacta est. Ob id fulgur piaculis
luendum aruspices ex Etruria acciti inimico atque
hostili in populum Romanum animo instituerant eam
rem contrariais religionibus procurare. Atque illam
statuam suaserunt in inferiorem locum perperam
transponi, quem sol oppositu circum undique aliarum
ædium nunquam illustraret. Quod cum ita fieri per-
suasissent, delati ad populum proditique sunt; et cum
de perfidia confessi essent, necati sunt; constitutæ
eam statuam proinde, ut veræ rationes post compertæ

monebant, in locum editum subducendam, atque ita in area Volcani sublimiori loco statuendam. Ex qua re bene et prospere reipub. cessit. Tunc igitur quod in Etruscos aruspices male consulentes animadversum, vindicatumque fuerat *versus hic [semarius]* scite factus, cantatusque esse a pueris urbe tota fertur: « Malum consilium consulorū pessimum est. » Ea historia de haruspicibus ac de versu isto senario scripta est in Annalibus Maximis libro undecimo, et in Verrii Flacci libro primo Rerum memoria dignarum. Videtur autem versus hic de Graeco illo Hesiodi versu expressus: ‘*Η δὲ κακὴ βουλὴ τῷ βουλεύσαντι κακίστη.*’ (*A. Gellius*, N. A. 1, 5.)

2. In primis miraculo sunt atque frequenti mortes repentinae, hoc est vitæ summa felicitas, quas esse naturales docebimus. Plurimas prodidit Verrius, nos cum delectu modum servabimus. (Sequuntur exempla. *Plinius*, H. N. vii, 53, § 180.)

3. Elephants Italia primum vidit Pyrrhi regis bello et boves Lucas appellavit in Lucanis visos anno urbis quadringentesimo septuagesimo secundo, Roma autem in triumpho septem annis ad superiorem numerum additis, eadem plurimos anno quingentesimo secundo, victoria L. Metelli Pontificis in Sicilia de Poenis captos. Centum quadraginta duo fuere, aut ut quidam cxi transvecti ratibus quas doliorum consertis ordinibus imposuerat. Verrini eos pugnasse in Circō imperfectosque jaculis tradit penuria consilii, quoniam neque ali placuisse, neque donari régibus; L. Piso inductos dumtaxat in Circum, atque ut contemtus eorum incesseret, ab operariis hastas præpilatas ha-

bentibus per Circum totum actos; nec quid deinde iis factum sit, auctores explicant, qui non putant interfectos. (*Plinius*, H. N. viii, 6 § 16, 17.)

4. Tenuissimum murænis tergns, contra anguillis crassius, eoque verberari solitos tradit *Verrius pre-textatos*, et ob id multam his dici non institutam. (*Plinius*, H. N. ix, 23 § 77.)

5. Populum Romanum ferre tantum e frumento cccc annis usum *Verrius tradit*. (*Plinius*, H. N. xviii, 7 § 62.)

6. *Verrius Flaccus auctores ponit* quibus eredat in oppugnationibus ante omnia solitum a sacerdotibus Romanis evocari Deum cuius in tutela id oppidam esset, promittique illi eundem aut ampliorrem apud Romanos cultum. Et durat in Pontificum discipline id sacrum, constatque ideo occultatum in cuius Dei tutela Roma esset, ne qui hostium simili modo agerent. (*Plinius*, H. N. xxviii, 2, § 18. — *Conferendus omnino Macrobius, Saturn.* iii, 9:

Ipsiis vero urbis nomen etiam doctissimis ignotum est; caeventibus Romanis, ne, quod saepe adversus urbes hostium fecisse se neverant, idem ipsi quoque hostili evocatione paterentur, si tutelæ suæ nomen divulgaretur. Sed videndum ne, quod nonnulli male existimaverunt, nos quoque confundat, opinantes uno carmine et evocari ex urbe aliqua Deos et ipsam devotam fieri civitatem. Nam reperi in libro quinto Rerum reconditarum Sammonici Sereni utrumque carmen, quod ille se in eujusdam Furii (an Verri?) vetustissimo libro reperisse professus est. — (*Sequuntur dico carmina.*)

7. Tunica aurea triumphasse Tarquinium Priscum Verrius docet. (*Plinius*, H. N. xxxiii, 3, § 63.)

8. Enumerat auctores Verrius quibus credere sit necesse: Jovis ipsius simulaci faciem diebus festis minio illini solitam triumphantumque corpora. Sic Camillum triumphasse. Hac religione etiam nunc addi in unguenta coenæ triumphalis; et a censoribus in primis Jovem miniandum loeari. (*Plinius*, H. N. xxxiii, 7, § 111, 112.)

9. Verrius Flaccus ait, cum populus Romanus pestilentia laboraret, essetque responsum id accidere quod Dii despicerentur, anxiam urbem fuisse quia non intelligeretur oraculum; evenisseque ut Circensium die puer de coenaculo pompam superne despiceret, et patri referret quo ordine secreta sacrorum in area pleni composita vidisset. Qui cum rem gestam senatu nuntiasset, placuisse velari loca ea qua pompa vehetur, atque ita peste sedata puerum qui ambiguitatem sortis absolverat, togæ praetextæ usum munus impetravisse. (*Macrob. Saturn.* 1, 6.)

II.

SATURNUS.

10. Qui *Saturnaliorum* dicunt, auctoritate magnorum muniuntur virorum. Nam et Sallustius in *Tertio Bacchanaliorum* ait; et Masurius *Fastorum* secundo,

Vinaliorum dies, inquit, Jovi sacer est, non, ut quidam putant, Veneri. Et ut ipsos quoque grammaticos in testimonium citem, Verrinius Flaccus in eo libello, qui *Saturnus* inscribitur : *Saturnaliorum*, inquit, *dies apud Græcos quoque festi habentur*; et in eodem libro : *Dilucide me*, inquit, *de constitutione Saturnaliorum scripsisse arbitror*—(Macrobius. *Saturn.* 1, 4).

11. Illud non omiserim, Tritonas cum buccinis fastigio Saturni ædis superpositos.—Cur autem *Saturnus* ipse in compeditibus visatur, Verrius Flaccus causam se ignorare dicit. (Macrobius. *Saturn.* 1, 8.)

III.

FASTI PRÆNESTINI.

Hi sunt Fasti Prænestini seu Kalendarium a Verrio Flacco Prænestinis, ut quidem videtur, municipibus suis, compositum, quod Hemicycli marmoreo parieti incidendum curarent atque publicarent. Ex quo enim horum reliquie in agro Prænestino, juxta rudera circularis cuiusdam ædificii, effossa, per Fogginium expressæ cum docta interpretatione a. d. 1779 Romæ prodierunt, jam vanitas apparuit eruditorum, qui Suetonii verba *Statuam habet Præneste*, sollicitaverant, nec habuit quo se tueretur conjectura pro *Vestæ*

(templo), iis scilicet percommoda, qui Verrio nostro Fastos Consulares Capitolinos tribuere quondam voluerunt. Nam dubium esse non potest quos Suetonius *Fastos* ab illustri grammatico ordinatos intellexerit, maxime collato Ovidii loco in *Fastis vi*, 57, sqq. (*Juno laquitur.*):

Nec tamen hunc nobis tantummodo præstat honorem
Roma; suburbani dant mihi munus idem.
Inspice, quos habent nemoralis Aricia fastos,
Et populus Laurens, Lanuviumque meum.
Est illic mensis Junonius. Inspice Tibur,
Et Prænestinæ moenia sacra Deæ:
Junonale leges tempus.

Sed de his omnibus eruditam Fogginii disputatiōnem non libet repetere. Ne quatuor quidem qui supersunt, iisque mutili, Kalendarii menses justa forma exscribere potuimus, vel quia notæ ad illustranda ista fragmenta necessariæ facile modum hujus libelli excessissent. Ea tantum subjicimus, quæ Verrianæ operæ rationem, et per se et cum fragmentis e Macrobiō allatis, satis significare videantur. Qui plura desiderabunt, Fogginii tabulas et commentarium adeant, vel saltem *Orellii Inscr. Latinas*, cap. xxii, et *F. A. Wolf*. in Suetonio suo, Tom. IV, p. 315-555, quorum uterque fragmenta recudi curavit cum expositione et supplementis Fogginii, hic editoris Itali interpretationes etiam in compendium redactas addidit.

12. [Januarius appellabat]ur in Latio [a Jano cui faciunt libo quod [Janual dicebatur].

13. Ad Kal. Jan. — [Feriae Aescu]lapio. Vediovi. in insula(Tiburtina). Hæc et [al]iae Calendæ appellantur quia [diernm pri]mūs is dies est quos pontifex minor quo[libet] mense ad nonas si[gu]las calat in Capitolo in curia Cala[bra]. — Hic annus no[vus] incipit, quia eo die mag. in. eunt(sic) quod ceperit [u.] c. a. DCI. (Cf. *Varro*. L. L. vi, 27.)

14. Ad iii Kal. Feb.—Feriae ex S. C. quo[de eo] die ara Pacis Augusta[e in campo] Martio dedicata [e]st Druso et Crispino c[os.] (u. c. 745).

15. Ad Non. Februar. : Concordiae in arce feriae ex S. C. quod eo die imperator Cæsar, Pontifex maximus, trib. potest. xxi. cos. xiiii. a. S. P. Q. Romano Pater Patriæ appellatus (u. c. 753).

(Plura hujusmodi in gratiam Cesarum inducta reperies tum in fragmentis Prænestinis, tum in aliis veteribus Calendariis, præsertim Amiternino. Ethæc sunt initia adulatio[n]is, quæ Vespasiani tempore *Fastos* ita fosdaverat, ut Senatus eos *exonerari* publice jusserit. v. Tac. Ann. iv, 40. Cf. Cic. Phil. ii, 22. Ep. ad Brut. 15.—*Infra*. n. 21, 22.)

16. Martius ab Latinorun[Deo Marte. Appel]laudi itaque apud Albanos et plerosque [popul]ulos La[tii] m[en]s idem fuit ante conditam Romam, ut a[u]tem alii cr[edu]nt, quod ei sacra fiunt hoc mense.

17. Ad xiiii Kal. April. — [Tubilustrium Feriae] Marti. Hic dies appellatur ita quod in atrio sutorio ubi lustrantur quibus in sacris utuntur. Lutatius uidem clavam eam ait esse in ruina Pala[ti]i i[n]censi

a Gallis repartam qua Romulus urbem inauguaverit.
(Cf. *Festus* s. v. *tubilustria*.)

18. Ad viii Kal. April.—[Q. R.] C. F. Hunc diem plerique perperam interpretantes putant appellari[!] quod eo die ex comitio fugerit [rex; n]am neque Tarquinius abiit ex comitio, [e]t alio quoque mense (ix Kal. Junias) eadem [sacra fi]unt. [Potius nota istae sign]ificant, Q[uando Rex Comitiavit Fast.].

—(Ignorabat scilicet Verrius hoc de vetutissimo ritu, ex quo sub regibus ipse Rex, postea Rex Sacrorum e comitio victimam percussa aufugiebat, esse accipiendo. *Orell.*.)

19. Ab his omnibus mensem Aperilem dici merito credendum quasi aperilem, sicut apud Athenienses ἀνθεστηρῶν idem mensis vocatur ab eo, quod hoc tempore cuncta florescant. Non tamen negat Verrius Flaccus hoc die postea constitutum ut matronae Veneri sacrum facerent: eujus rei causam, quia huic loco non convenit, prætereundum est. (*Macrob. Saturn.* 1, 12.

Quam præterit causam Macrobius, eam nunc habemus e marmore Prenestino. Cf. Ovid. Fast. IV, 143.)

[Aprilis a] Veniri (Venere) quod ea cum [Anchise parent] fuit *Aene*æ regis [qui genuit Iul]um a quo P. R. ortus e[st. Putant nonnulli ita appellatum fu]j se(sic) quia fruges, flores animaliaque ac maria et terræ aperiuntur.

Ad Kal. Apr. — Frequenter mulieres supplicant Fortunam Virili humiliores etiam [Veneri] in baliniis, quia in iis ea parte corporis utique viri nudantur, *qua seminarum gratia* desideratur.

20. Ad **iii** Non. Apr.—Ludi M. D. M. I. (Matri Deum magna Idææ) Megalensia vocantur quod ea dea Migale (*sic*) appellatur. Nobilium mutationes cenarum solita sunt frequenter fieri quod Mater Magna ex libris Sibyllinis arcessita locum mutavit ex Phrygi[a] Romam [invecta].

21. Ad **viii** Kal. Maias.—[Vinalia.] Jo[vi sacer est dies - -] m - - del - - consecratum. - - rentur ab Rutulis, quia Mezentius, Rex Etru [scor]um paciscebatur, si subsidiò vinisset (*sic*), omnium annorum vini fructum. Sig. Divo Augusto patri ad theatrum Mar[celli] Julia Augusta et Ti. Augustus dedicarunt. (Cf. *Festus s. v. rustica vinalia*).

22. Ad **viii** Kal. Maias.—Ti. Cæsar togam virilem sumpsit (*sic*) Imp. Cæsare **vii**. M. Agrippa **ii** Cos. (u. c. 727). Cf. quæ notavimus ad n. 15).

23. Ad **vii** Kal. Maias.—Feriae Robigo via Claudia ad milliarium V, ne robigo frumintis (*sic*) noceat, sacrificiū[m] et ludi cursoribus majoribus minoribus q[ue] fiunt. Festus est puerorum linoniorum (*sic*), quia proximus superior meretricum est.

24. Ad **iiii** Kal. Maias.—Ludi Floræ. Feriae ex S. C. quod eo di[e] ædes] et Vestæ in domu Imp. Cæsar. Augu[sti Po]utif. ma. dedicatast (*sic*) Quirinio et Valgio Cos. (u. c. 742). Eodem die ædis Floræ, quæ rebus florescendis præst, dedicata est propter sterilitatem frucum (*sic*).

Lactantius, Instit. 1, 20, p. 66 Bip.: Nec hanc solam (Larentiam cf. n. 27) Romani meretricem colunt, sed Faulam (I. Floram?) quoque, quam Herculis scor-

tum fuisse Verrius scribit. — — Flora cum magnas opes ex arte meretricia quæsivisset, populum scripta hæredem, certamque pecuniam reliquit cuius ex anno fœnore suus natalis dies celebraretur editione Indorum, quæ appellant *Floralia*.

25. Ad xviii (vel ut in marm., xix) Kal. Jan. — Consualia. Feriae Consor (seu Neptune equestri). Equi et muli in carinis ædi quod incus tr--- et lectisternum elec[tis] quinque Rex equo [r[ain?] manceps præstat.

26. Duodecimo Kal. Jan. feriae sunt divæ Angeroniæ cui pontifices in sacello Volapia sacrum faciunt: quam Verrius Flaccus Angeroniam dici ait, quod amores ac animorum sollicitudines propitiatæ depellat. (*Macrob. Saturn. 1, 10.* Hujus interpretationis vestigia nonnulla etiam nunc in marmore Prænestino leguntur, et de eadem Dea Paulus est admodum jejonus, nec satis quidem cum superiori Verrii interpretatione consentit: « Angeronæ Deæ sacra a Romanis instituta sunt, quom angina omne genus animalium consumeretur, cuius festa Angeronalis dicitantur. » Cf. *Solin. Polyh.* 1. § 6).

27. Decimo Kalendas Jan. feriae sunt Jovis, quæ appellantur Larentinalia, de quibus quia fabulari libet, hæc fere opiniones sunt. Ferunt enim regnante Anco ædituum Herculis per series otiantem, Deum tesseras provocasse, ipso utriusque manum tuente: adiecta conditione ut victus cena scortoque multaretur. Vitoctore itaque Hercule, illum Accam Larentiam, nobilissimum per id tempus scortum, intra sedem inclusisse cum cena; eamque postero die distulisse rumorem

*viri omnium bonorum
decederet, populum Romanum
Macrobi. Ibid.) Marmor Pre-*

*eminalia ferme Jovi. Accas La-
tane alii Rem. et Róm. [autri-
culis scortum fuisse dicitur]
blice quod P. R. h[ab]e[re] redem-
pti accepit[ur ex testamen]to
n. 24).*

*quod nuptiis copulandis
tosas, id est, devitandas
ter Nonas feriat sunt,
piacularē est. Ideo tunc
erī virginibus videtur
ontifici.*



expeditū Fogginius, quem vide ad Suetonii Verriūm.)

IV.

DE OBSCURIS CATONIS.

29. Cato Voconiam legem suadens verbis hisce usus est : *Principio vobis mulier magnam dotem attulit; tum magnam pecuniam recipit, quam in viri potestatem non commilit; eam pecuniam viro mutuam dat; postea, ubi irata facta est, servum receptitum sectari atque flagitare virum jubet.* Quærebatur, servus receptitus quid esset. Libri statim quesiti allatique sunt Verrii Flacci *De Obscuris Catonis.* In libro secundo scriptum inventum est, *recepticium servum* dici nequam et nulli pretii, qui, cum venum esset datus, redhibitus ob aliquod vitium, receptusque sit. Propterea, inquit, servus ejusmodi sectari maritum et flagitare pecuniam jubebatur, ut eo ipso dolor major et contumelia gravior viro fieret, quod eum servus nihil petenda pecuniae causa compellaret. Cum pace autem, cumque venia istorum, si qui sunt, qui Verrii Flacci auctoritate capiuntur, dictum hoc sit. *Recepticus enim servus* in ea re, quam dicit Cato, aliud omnino est, quam Verrius scripsit. (*A. Gell. xvii, 6.*)

30. *Festinare* et *properare* idem significare, atque in eamdem rem dici videntur. Sed M. Cato id

differre existimat : eaque hoc modo divisa. Verba sunt ipsius ex oratione, quam *de suis virtutibus* habuit : *Aliud est properare, aliud festinare. Qui unum quid mature transigit, is properat : qui multa simul incipit, neque perficit, is festinat.* Verrius Flaccus rationem dicere volens differentias hujus : *Festinat, inquit, a fando dicitur : quoniam isti ignaviores, qui nihil perficere possunt, plus verborum quam operæ habent : sed id nimis coactum atque absurdum videtur.* (A. Gell. xvi, 14. Cf. Festi Fragmentum, p. 44. Urs.)

V.

DE VERBORUM SIGNIFICATIONE
vel SIGNIFICATU.

34. *Verrius Flaccus in quarto De verborum significatu dies, qui sunt postridie Kalendas, Nonas, Idus, quos vulgus imperite nefastos dicit, propter hanc causam dictos habitosque atros esse scribit : Urbe, inquit, a Gallia Senonibus recuperata, L. Attilius in senatu verba fecit, L. Sulpicium, tribunum militum, ad Alliam adversus Gallos pugnaturum, rem divinam dimicandi gratia postridie Idus fecisse : tum exercitum populi romani occidione. ooxivm, et post diem tertium ejus diei urbem præter Capitoliaria captam esse : compluresque alii*

senatores recordari sece dixerunt, quotiens belli gerendi gratia res divina postridie Kalendas, Nonas, Idus, à magistratu populi romani facta erat, ejus belli proximo deinceps praelato rem publicam male gestam esse. Tum senatus eam rem ad pontifices regicet, ut ipsi, quod videretur, statuerent. Pontifices decreverunt, nullum iis diebus sacrificium recte futurum. (*A. Gell.* v. 17.)

52. *Historiam ab annilibus* quidam differe coputant, quod, cum utrumque sit rerum gestarum narratio, earum tamen proprio serum sit *historia*, quibus rebus gerendis interfuerit is, qui narret. Eamque esse opinionem quorundam, Verrius Flaccus refert in libro *De significatu verborum* quarto; ac se quidem dubitare super ea re dicit: posse autem videri putat, nonnihil esse rationis in ea opinione, quod *historia* Graecæ significat rerum cognitionem praesentium. Sed pos audire soliti sumus, *annales* omnino id esse, quod *historiae* sint; *historias* non omnino esse id, quod *annales* sint; sicuti, quod est *homo*, id necessario *animal* esse; quod est *animal*, non id necesse est *hominem* esse. (*A. Gell.* v. 18.)

53. Misit (Domitius, Rome celeb̄ grammaticus,) Favorio librum, quem promiserat: Verrii, opinor, Flacci erat; in quo scripta ad hoc genus quæstionis pertinentia hæc fuerunt: *Senatum* diei et pro loco et pro hominibus; *civitatem* et pro loco et (pro) oppido, et pro jure quoque omnium, et pro hominum multitudine: *tribus* quoque et *decurias* diei et pro loco, et pro jure, et pro hominibus; *contionem* autem tria significare, loéum, et verba, suggestum-

que, unde verba fierent; item significare cœtum populi assistentis: item orationem ipsam, quæ ad populum diceretur: Sicut M. Tullius in Oratione, quæ (in)scripta est contra contionem L. Metelli: *Escendi, inquit, in contionem: concursus est populi factus.* Sicuti idem M. Tullius in *Oratore* ait: *Contiones sepe exclamare vidi, cum apte verba cecidissent. Etiam exspectant aures, ut verbis colligetur sententia.* Item significare cœtum populi assistentis, item orationem ipsam, quæ ad populum diceretur, exempla in eo libro scripta non erant: sed nos postea Favorino desideranti harum omnium significationum monumenta, et apud Ciceronem, sicuti supra scripsi, et apud elegantissimos veterum reperta exhibuimus. (A. Gell. xviii, 7.)

—34. Dehinc quintus *Quintilis* et sic deinceps usque ad *Decembrem* a numero. Ad hos qui additi, priora principe deo *Januarius* appellatus; posterior, ut idem dicunt scriptores, ab diis inferis *Februarius* appellatus, quod tum his parentetur. Ego magis arbitror Februarium a die Februato, quod tum februatur populus, id est lupercis nudis lustratur antiquom oppidum Palatinum gregibus humanis cinctum.

35. Quod ad temporum vocabula Latina attinet, hactenus sit satis dictum. Nunc quod ad eas res attinet quæ in tempore aliquo fieri animadverterentur, dicam, ut hæc sunt: *legisti*, *cursus*, *ludens*. De quæ duo prædicere volo, quanta sit multitudine eorum et quæ sint obscuriora quam alia. — 36. Quom verbum declinatum genera sint quatuor, unum quod tempora adsignificat neque habet casus, ut ab lego *legis*, *leges*; alterum quod casus habet neque tempora adsignificat, ut ab lego *lectio* et *lector*; tertium quod habet utrumque et tempora et casus, ut ab lego *legens*, *lecturus*; quartum quod neutrum habet, ut ab lego *lecte* ac *lectissime*: horum verborum si primigenia sunt ad mille, ut Cosconius scribit, ex eorum declinationibus verborum discrimina quingenta milia esse possunt ideo, quia singulis verbis primigeniis circa quingentæ species declinationibus fiunt. — 37. Primigenia dicuntur verba ut *lego*, *scribo*, *sto*, *deo* et cetera quæ non sunt ab alio quo verbo, suas habent radices. Contra verba declinata sunt quæ ab alio quo oriuntur, ut ab lego *legis*, *legit*, *legare* et sic indidem hinc permulta. Quare si quis primigeniorum verborum origines ostenderit, si ea mille

positis præverbis paucis immaterialibus, quod præverbis mutationis aliud atque aliud sit; *recessit*, sic *accessit* et *abscessit*, sic *successit* et *decessit*.
¶ Quod si hæc decem sola præmissa ab uno verbo declinationum fierent, his decemplicatis conuenio quinque milia numero effiniquagies centum milia discrimina. — 39. Democritus, Epicurus, principia dixerunt, quæ unde quojusmodi sint, tamen faciunt ex his constant in mundo, ostendentes principia verborum possessorum ab se non posscatur, et non postulet; tamen immanem imerum. — 40. De multitudine esset, admonui, de obscuritate um quæ tempora adsignificant,

et agitantur quadrigæ; hinc agitur pecus peccatum
 Qua vix agi potest, hinc *angiportum*; qua nil potes
 agi, hinc *angulus*, vel* quod in eo locus angustissi-
 mus, quojus loci is angulus. — 42. Actionum trius
 primus agitatus mentis, quod primum ea quæ sumus
 acturi, cogitare debemus, deinde tum dicere ac facere.
 De his tribus minime putat volgus esse actionem cogita-
 tionem; tertium in quo quid facimus, id maximum sed et quom nos agitamus quid et eam rem agitamus
 in mente, agimus; et cum pronuntiamus, agimus.
 Itaque ab eo orator *agere* dicitur *causam* et augurium
agere dicantur, quom in eo plura dicantur quam faciant.

43. *Cogitare* a cogendo dictum; mens plura i-
 unum cogit unde eligere possit. Sic ex lacte coacto *cesus*
nominatus; sic ex hominibus *contio* dicta, si
coemptio, sic *compitum* nominatum. A cogitatione
concilium, inde *consilium**. Et vestimentum apud
 fullonem quom cogitur, *conciliari* dictum. — 44. Si
reminisci, quom ea quæ tenuit mens ac memoria
 cogitando repetuntur. Hinc etiam *commemorari* di-
 cendum, a con et mente, quom singuntur, in mente quæ
 non sunt; et ab hoc illud quod dicitur *eminisci*
 quom commentum pronunciatur. Ab eadem *memini-
 sisce* dictum et *amens* qui a mente su-
 descendit. — 45. * *Meminisse* a memoria, quæ
 quid remansit in mente indeque rursus movetur
 quæ a manendo ut *manimoria* potest esse dicta. Ita
 que Salii quod cantant, *Mamuri Veturi*, significant
 veterem memoriam. Ab eodem *monere*, quod is qui
 monet proinde sit ac memoria. Sic *monimenta* quæ

*publicam curat, et illa ubi cura sacro-
ab his curiones.*

oluntate dictum et a volatu, quod ani-
puncto temporis pervolet quo volt.
endo dictum, quod lubrica mens ac
icebant olim. Ab lubendo *libido*, *libi-*
nus Libentina et *Libilitina*, sic alia.
a quodam motu animi, quom id quod
m putat, refugit mens. Quom ve-
ovendo, ut ab se abeat, foras fertur,
per avia it*, ab eo *pavor*. — 49*.
zo mentem quodammodo motam vel
ti; sic quod frigidus timor, *tremuisti-*
nor dictum a similitudine vocis, quæ
e tremunt, apparet, quom etiam in
arista in spica ordei, horrent. — 50.
re, quod etiam corpus marcesceret.
cri dicti. *Lætari* ab eo quod latius
magni boni opinione diffusum. Ita-
:

51. *Narro* cum alterum facio narum, a quo *narratio*, per quam cognoscimus rem gestam. Quæ pars agendi est **secunda*, in qua explicabimus, quæ sunt^{*} ab dicendo, ac sunt aut conjuncta eam temporibus aut ab his. Eorum hoc genus videntur *έπονα*. — 52. *Fatur* is qui primum homo significabilem ore mittit vocem. Ab eo ante quam ita faciant, pueri dicuntur *infantes*; quom id faciant, *jam fari*, quod vocabulum a similitudine vocis pueri,^{*} id dictum. Ab hoc tempere, quod tum pueris constituant Parca fando, dictum *fatum* et *res fatales*. Ad hanc eandem vocem qui facile fantur, *facundi* dicti, et qui futura prædixinando soleant fari, *fatidici* dicti; idem *vaticinari*, quod vesana mente faciunt. Sed de hoc post erit usur pandum quom de poetis dicemus. — 53. Hinc *fasti* dies quibus verba certa legitima sine piaculo prætoribus licet fari. Ab hoc *nefasti* quibus diebus ea fari jus non est et si fati sunt, piaculum faciunt. Hinc *effata* dicuntur, quod augures finem auspiciorum cælestium extra urbem agris sunt effati ubi esset; hinc *effari* tempora dicuntur ab auguribus; *affantur* qui in his fines sunt. — 54. Hinc *fana* nominata, quod pontifices in sacrando fati sicut finem; hinc *profanum* est quod ante *fanum* conjunctum fano, hinc *profanatum** in sacrificio; atque inde Herculi decuma appellata ab eo est, quod sacrificio quodain fanatur, id est ut fani lege sit. Id dicitur *polluctum*, quod a porri ciendo est fictum; quom enim ex mercibus libamenta porrecta sunt Herculi in aram, tum polluctum est, ut, quom *profanatum* dicitur, id est proinde ut sit fani factum; itaque^{*} olim fano consumebatur omne quod

*qui i
eodem falli, sed et falsum et fall
tere, quod fando quem decipit, i
xit, faciat. Itaque si quis re fallit, i
eo nomine fallacia, sed tralatatio, ut
s lecti ac betæ. Hinc etiam *famigera*
posititia alia item, ut declinata multa,
*us et Fatue.**

ab loco dictum, quod, qui primo dici-
t vocabula et reliqua verba dicit, ante
que loco ea dicere potest, hunc Chry-
soui; sed ut loqui: quare ut imago ho-
mo, sic in corvis, cornicibus, pueris
atibus sari verba non esse verba, quod
gitur *is loquitur*, qui suo loco quod-
is ponit, et istud *prolocutum*, quom
buit, extulit loquendo. — 57. Hinc
reloqui in fanis Sabinis, e cella
r. Hinc dictus *loquax* qui nimium
loquens qui copiose loquitur. *Li-*
conveniunt :::

valet quod *ante*, ut in hoc : *proludit*. Ideo actores pronuntiare dicuntur, quod in proscenio enuntiant poeta cogitante ; quod maxime tum dicitur proprio, novam fabulam cum agunt. *Nuntius* enim est ab novis* rebus nominatus, quod a verbo Græco *vōx* potest declinatum ; ab eo itaque Neapolis illorum *Novapolis* ab antiquis nostris vocitata. — 59: A quo etiam extremum *novissimum* quoque dici coepit volgo, quod mea memoria ut *Aelius*, sic senes aliquot, minimum novum verbum quod esset, vitabant ; quojus origo, ut a vetere vetustius ac veterissimum, sic ab novo declinatum novius et novissimum quod extremum. Sic ab eadem origine *novitas* et *novicius* et *novalis* in agro et *Sub novis* dicta pars in foro adiutorum, quod vocabulum ei pervetustum, ut *Nova viae*, quæ via jam diu vetus. — 60. Ab eo quoque potest dictum *nominare*, quod res novæ in usum quom additæ erant, qui eas novissent, nomina ponebant. Ab eo *nuncupare*, quod tunc civitate vota nova suscipiuntur. *Nuncupare* nominare valere appetet in legibus, ubi *nuncupatæ pecuniae* sunt scriptæ; item in choro † in quo est :

Enea ! Quis enim est qui meum nomen nuncupat ?

Item in Medio :

Quis tu es, mulier, quæ me insueto nuncupasti nomine ?

61. *Dico* originem habet Græcam quod Græci δικάζω. Hinc Ennius :

...nt; sic enim ædis saci
Pontifice præente dicendo dedicatu-
lo *indictum*; hinc illa: *indicit duel*
funus; *prodixit diem*; *addixit judi*
spellatum dictum in mimo ac *dictio*
nipulis castrenibus dicta ducibus;
ludo; hinc *Dictator* magister populi,
ile debet dici; hinc antiqua illa: *dici*
cis causa et addictus. — 62. Si dico
quod ei quod ignoravit tradidit, hinc
m, vel quod quom docemus, dicimus,
centur, inducantur in id quod docen-
it ducere, qui est dux aut ductor, qui
ceat. Ab docendo *discere*, *discipli*
nutatis paucis. Ab eodem principio
e exempla docendi causa dicuntur.
*tio et computatio cum** præposi-
quod valet purum facere. Ideo anti-
n appellarunt; ideo *putator* quod
t, ideo *ratio putari* dicitur, in qua
ic is sermo in quo nra dicitur.

sum ; sermo enim non potest in uno homine esse.
sed ubi oratio cum altero conjuncta. Sic *conse-*
manum dicimus cum hoste ; sic ex jure manum
sertum vocare. Hinc *adserere* manu in liberta
quom prendimus. Sic augures dicunt : *Si mihi*
tor est verbi †

Desunt quædam.

. . . nam manu asserere dicit . . .

Desunt quædam.

— 65. . consortes ; hinc etiam * ipsi *consortes*
quos eadem * sors ; hinc etiam *sortes*, quod in
juncta tempora cum hominibus ac rebus, ab his
tilegi ; ab hoc pecunia quæ in senore, *sors est*,
pendium quod inter se jungat.

66. *Legere* dictum quod leguntur ab oculis lit
ideo etiam *legati*, quod ut publice mittantur legun
Item ab legendō *leguli* qui oleam aut qui uvas leg
hinc *legumina* in frugibus variis. Etiam *leges* c
lectæ et ad populum latæ, quas observet ; hinc *l
timæ*. Et *collegæ* qui una lecti, et qui in eorum
cum suppositi, *sublecti* ; additi *allecti*, et *coll*
quæ ex pluribus locis in unum lecta. Ab lege
ligna quoque, quod ea caduca legebantur in agro
bus in focum uterentur. Indidem ab legendō *legi*
diligens et *dilectus*.

67. *Murmuratur* dictum a similitudine soni su
quom * qui ita leviter loquitur, ut magis e sono ic
cere, quam ut intellegatur, videatur. Hinc et
poeta *murmurantia litora*. Similiter *fremere*,

ando commoves.

quiritare, jubilare. Quiritare
in fidem clamans implorat. Qui-
ritibus his qui cum Tatio Rege in so-
vitatis. Ut quiritare urbanorum,
rum ; itaque hos imitans Apris.

! quis me jubilat ?

iquus.

pellatum, quod cum imperatore
imitant per urbem in Capitolium
: id a θράμβῳ, * Græco Liberi
lictum.
st dicere : spondeo , a sponte ;
intate. Itaque Lucilius scribit de

I se cubitum venerit ,

Ab eadem sponte † a qua dictum spondere † declinatum *spondet* et *respondeat* et *desponsor* et *sponsa* : item sic alia. *Spondet* enim qui dicit a sua sponte spondeo. *Spondet* etiam *sponsor* qui idem faciat obligatur. — 70. *Sponsus*, consponsus ; hoc Nævius significat cum ait : *consponsi*. *Spondebatur* pecunia aut filia nuptiarum causa, * nam, ut in comediiis vides dici :

*Sponden' tuam gnatam filio uxorem meo ?**

Appellabatur et pecunia, et quæ desponsa erat, *sponsa* ; quæ pecunia inter se contra sponsum rogata erat, dicta *sponsio* ; quoi desponsa quæ * erat, *sponsus*. Quo die sponsum erat, *sponsalis*. — 71. Qui spondederat filiam, *despondisse* dicebatur, quod de sponte ejus, id est de voluntate exierat ; non enim si nolebat, non* dabat, quod sponsu erat alligatus ; quod tum et prætorium jus ad legem et censorium judicium ad æquom existimabatur. Sic *despondisse animum* quoque dicitur, ut despondisse filiam, quod suæ spontis statuerant finem. — 72. A quo sponte dicere, *respondere** quoque dixerunt, quom ad spontem responderent, id est ad voluntatem rogationis. Itaque qui ad id quod rogatur non dicit, non respondeat : ut non spondet ille, statim qui dixit : spondeo, si jocandi causa dixit, neque agi potest cum eo ex sponsu. Itaque quoi quis dicit in tragœdia :

Meministin' te despondere mihi gnatam tuam?

quod sine sponte sua dixit, cum eo non potest agi ex sponsu. — 73. Etiam *spes* a sponte potest esse decli-

consequi.

*uidem ; nam libenter mea spe-
uor :*

icunt, vere neque ille sperat qui
ue illa sperata est. — 74. *Spon-*
neque idem, neque res a quibus
taque præs qui a magistratu in-
um ut præs siet; a quo et, quom
ræs. Vas appellatus qui pro al-
omittebat. Consuetudo erat quom
oneus inceptis rebus, ut pro se
caveri postea lege coptum est ab
iderent, vades ne darent; ab eo
e inancipiorum:

rent nec dabitur.

canit et succanit, ut canto et
a permultato pro M N. Ab eo,
i cœnire canticos Ubi

osmen dictum ; alterum nunc cum præpositione *di-*
citur volgo *ornamentum* †, quod sicut olim, *orna-*
mentum scenici plerique dicunt. Hinc *oscines* dicun-
tur apud augures quae ore faciunt auspicium.

77. Tertium gradum agendi esse dicunt, ubi *quid*
faciant ; in eo propter similitudinem agendi et facun-
di et gerundi quidam error his, qui putant esse unum.
Potest enim aliquid *facere* et non *agere*, ut poeta
facit fabulam, et non agit : contra actor agit et non
facit, et sic a poeta fabula fit, non agitur ; ab actore
agitur, non fit. Contra imperator quod dicitur res *ge-*
rere, in eo neque facit, neque agit ; sed gerit, id est
sustinet, translatum ab his qui honora gerunt, quod
hi sustinent. — 78. Proprio nomine dicitur *facere* a
facie ; qui rei, quam facit, imponit faciem. Ut factor
quom dicit *ingo*, figuram imponit ; quom dicit *in-*
formo, formam ; sic cum dicit *facio*, faciem impo-
nit ; a qua facie discernitur, ut dici possit aliud esse
vestimentum, aliud *vas*, sic item quae fiunt apud fa-
bros, factores, item alios apud. Qui quid administrat,
quojus opus non extat quod sub sensum veniat, ab
agitatu ut dixi magis *agere*, quam *facere* putatur ;
sed quod his magis promiscue, quam diligenter con-
suetudo est usa, translaticis utimur verbis : nam *et*
qui dicit, *facere verba* dicimus, et qui aliquid *agit*,
non esse *inficientem*.

* * * *

79. qui adducet. Dieatur *lucere ab*
luere ; ab luce dissolvuntur tenebræ. Ab luce *Nocti-*
luca. *Lugere* item ab luce, quod propter lucem amis-

o a vi ; quinque enim sensuum maximam quoniam sensus nullus, quod absit mirare possit ; oculorum sensus vis usque stellas. Hinc visenda, vigilant, vigilent et Attianum illud :

iolavit qui vidit invidendum :*

violavit virginem pro vitiavit dicebant, modestia potius cum muliere fuisse buisse dicebant. — 81. Cerno idem vario video ait Ennius :

barne in cælo cerno ?

inesset et motum in membris cerno.

*a cerco, id est a creando ; dictum ab
quid creatum est, tunc denique vide-
illi descripti quod finis vide...
d in testamen...*

deatur vitae finis. — 82. *Spectare dictum ab specio**
antiquo, quo etiam Ennius usus :

Vos epulo † postquam spexit ;

et quod in auspiciis distributum est, qui habent *spec-
tionem*, qui non habeant ; et quod in auguriis etiam
nunc augures dicunt *avem specere*. Consuetudo com-
munis, quæ cum præverbii conjugeta fuerunt, etiam
nunc servat ut *aspicio, conspicio, respicio, suspi-
cio, despicio*, sic alia ; in quo etiam *exspecto*, quod
spectare volo. Hinc *specula* ; hinc *speculum*, quod
in eo specimen imaginem. *Specula*, de quo prospici-
mus. *Speculator* quem mittimus ante, ut respiciat
que volumus. Hinc qui oculos inunguiimus, quibus
specimus, *specillum*.

83. Ab auribus videntur dicta verba *audio* et *au-
sculto* ; *auris** ab aveo quod his avemus discere sem-
per, qued Ennius videtur ἔτυμον ostendere velle, in
Alexandro quom ait :

*Jam dudum ab ludis animus atque aures avert
Avide exspectantes nuntium.*

Propter hanc aurium aviditatem theatra replentur. Ab
audiendo etiam *auscultare* declinatum, quod hi au-
scultare dicuntur qui auditis parent, a quo dictu~~on~~
Poetæ :

audio, ausculto.

Litera commutata dicitur *odor, olor* ; hinc *olei* ~~—~~¹
odorari et *odoratus* et *odora* res*.

to, repotia. Indidem *puteus*, quæ
liquum, non ut nunc φέαρ dictum.
ianu manupretium ; mancipium
ir ; quod conjungit plures manus, n
nipularis ; manica. Manubrium
r. Mantelium ubi manus terguntur

* * *

: primum ponam de Censoriis tabu-
ctu in templum censuræ auspicavi
e de cœlo nuntium erit, praconi-
rato ut viros vocet :

onum fortunatum felixque saluta-
iet populo Romano Quiritium, reiq-
æ populi Romani Quiritium, mi-
ollegeretque meo, fidei magistratuiq-
! omnes Quirites, pedites, armat-
osque, curatores omnium tribuum
pro se sive pro altero rationem d-

Ubi Prætores, Tribunique plebei quique in consilium vocati sunt, venerunt : Censores inter se sortiuntur, uter lustrum faciat.

Ubi templum factum est, post tum conventionem habet qui lustrum conditurus est.

88. In commentariis Consularibus scriptum sic inveni :

Qui exercitum imperaturus erit, accenso dicit hoc : Calpurni, voca inlicum omnes Quirites huc ad me.

Accensus dicit sie : Omnes Quirites, inlicum visite huc ad Judices.

C. Calpurni, Cos. dicit, voca ad conventionem omnes Quirites huc ad me.

Accensus dicit sic : Omnes Quirites, ite ad conventionem huc ad Judices.

Dein consul eloquitur ad exercitum : impero qua convenit ad comitia centuriata.

89. Quare hic *accenso*, illic *præconi* dicit hæc, est causa : in aliquot rebus item ut *præco*, *accensus* acciebat, a quo *accensus* quoque dictus. Accensum solitum ciere, Boetia ostendit, quam comœdiam Aquili ^{*} esse dicunt, hoc versu :

Ubi primum accensus clamarat meridiem.

Hoc idem Cosconius in actionibus scribit, *prætorem accensum solitum esse jubere*, ubi ei videbatur horam

... commentariu[m] indicat vetus anqu[us]
gii Mani filii Quæstoris, qui capit[us] a
m; in qua sic est :

*io orando sede in templo auspicū
Prætorem aut ad Consulem mittā
itum.*

*um præco, reum vocet ad te, et eum
et præco: id imperare oportet.
ad privati januam et in Arcem mit-*

*ges, ut comitia edicat de Rostris, et
rnas occludant.*

*stant exquiras, et adesse jubeas.
iseant exquiras*, Consules, Præ-
ue plēbis collegasque tuos, et in
ibeas omnes*

*cus canat tum circumque mæros, et ante privati
hujusce T. Quinti Trogi scelerosi hostium canat,
et ut in Campo cum primo luci assit.*

—93. Et inter id, quom *circum muros* mittitur et cum contio advocatur, interesse tempus apparet ex iis quæ interea fieri * scriptum est. Sed ad *comitia* tum vocatur populus ideo quod alia de causa hic magistratus non potest exercitum urbanum convocare; censor, consul, dictator, interrex potest, quod censor exercitum centuriato constituit quinquennalem, quom lustrare et in urbem ad vexillum ducere debet; dictator et consul in singulos annos, quod hic exercitui imperare potest quo eat: id quod propter centuriata comitia imperare solent. — 94. Quare non est dubium, quin hoc *inlicium* sit, quom *circum muros* itur, ut populus iniciatur ad magistratus conspectum, qui Quirites* vocare potest in eum locum, unde vox ad contionem vocantis exaudiri possit. Quare una origine *inlicet* et *inlicis*, quod in Choro Proserpinæ est, et *pellexit* quod in Hermiona, quom ait Pacuvius:

regni alieni cupiditas pellexit.

Sic *Elicii Jovis* ara in Aventino ab eliciendo.— 95. Hoc nunc aliter sit atque olim, quod augur Consuli adest tum cum exercitus imperatur, ac prætit quid eum dicere oporteat. Consul auguri imperare solet, ut is *inlicium* vocet, non *accenso* aut *præconi*; id inceptuni credo, cum non adesset accensus et nihil intererat quoi imperaret; et dicis causa siebant quædam, neque item facta, neque item dicta semper. Hoc ipsum *inle-*

*gium** *inlexit** scriptum inveni in M. Junii commen-
tariis, quod tamen ibi idem est quod *inlicium** *inle-
xit*; quod et I cum E et C cum G magnam habent
communitatem.

96. Sed quoniam in hoc de paucis rebus verba
feci plura, de pluribus rebus verba faciam pauca, et
potissimum quæ a Græca lingua putant Latina, ut
scalpere a σκαλεῖσθαι; *sternere* a στρωννύειν; *lingere*
a λγχλσθαι; i ab ε̄; ite ab ἵτε; *gignitur* a γίγνεται;
ferte a φέρετε; *providere* προΐδειν; *errare* ab ἐδρεῖν;
ab eo quod dicunt στραγγαλλῖν *strangulare*; *tin-
guere* a τέγγειν. Præterea ades . . . Ab eo quod illi
μαλάσσεται, nos *malaxare*, ut *gargarissare* ab ἀνα-
γαργαρίζεσθαι; *putare* a πυθέσθαι; *domare* a δαμά-
ζειν; *mulgere* ab ἀμέλγειν; *pectere* a πέξαι; *stringere*
a στραγγαλίσαι, id enim a στραγγαλίς, ut *runcinare*
a *runcina*, cuius ρυχάνη origo Græca.

97. Quod ad origines verborum hujus libri perti-
net, satis multas arbitror positas hujus generis. De-
sistam, et quoniam de hisce rebus tris libros ad te
mittere institui, de oratione soluta duo, de poetica
unum; et ex soluta oratione ad te misi duo, priorem
de locis et quæ in locis sunt, hunc de temporibus et
quæ cum his sunt conjuncta: deinceps in proxumo
de poeticis verborum originibus scribere institui.*

M. TERENTI VARRONIS

DE LINGUA LATINA

AD CICERONEM

LIBER SEPTIMUS.

Hic deest in exemplari folium unum, in quo est principium libri VII.

[Temporum vocabula et eorum quæ conjuncta sunt, aut in agendo fiunt, aut cum tempore aliquo emuntiantur, priore libro dixi. In hoc dicam de poetis vocabulis et eorum originibus, in quis multa difficilia nam] *Hæc interpolando addita sunt.*

1. . . . repens ruina operuit, ut si[†] verbum quod conditum est e quibus literis oportet, inde postquam^{*} aliqua dempta sit, obscurior fiat voluntas impositoris.^{*} Non reprehendendum igitur in illis, qui in scrutando verbo literas adjiciunt aut demunt, quo id facilius, quod sub ea voce subsit, videre possint. Ut enim facilius obscuram operam Myrmecidis ex ebore oculi videant, extrinsecus admovent nigras setas. — 2. Quom hæc admicula addas ad eruendam voluntatem impositoris, tamen latent multa. Quodsi

que multa ab eo eruentur*, quem non
atione literæ prosecutæ, multum licet
minis in primo in literis Latinis exer-
cionem carminum Saliorum videbis et
ditam, et præterita obscura multa.
n, quom non modo Epimenides post
rectus a multis non cognoscatur, sed
vii post annos XV ab suis qui sit
oc quid ad verborum poeticorum æta-
Pompili regnum fons in carminibus
e ea ab superioribus accepta, tamen
os. Quare quor scriptoris industriam
herois tritavum, atavum non potue-
m ipse avi, tritavi matrem non possis
intervallo multo tanto propius nos,
initium Saliorum, quo Romanorum
etica dicunt prolatæ.* — 4. Igitur de
rum qui multa dixerit commode, po-
endum, quam qui aliquid nequierit,
a; præsertim cum dicat etymologice

to, quem imitari possimusne, ipse liber erit indicio.

5. Dicam in hoc libro de verbis quæ a poetis sunt posita; primum de locis; dein de his quæ in locis sunt; tertio de temporibus; tum quæ cum temporibus sunt conjuncta, sed ita* ut quæ cum his sint conjuncta, adjungam, et, si quid excidit ex hac quadripartitione, tamen in ea ut comprehendam.

6. Incipiam hinc :

*Unus erit quem tu tolles in cœrula cœli
Templa.*

Templum tribus modis dicitur ab natura, ab auspicio, ab similitudine. Natura in *cælo*; ab auspiciis in *terra*; ab similitudine sub *terra*. In *cælo* *templum* dicitur, ut in *Hecuba* :

*O magna templa cœlitum
Commixta stellis splendidis.*

In *terra*, ut in *Peribœa* :

*Scrupea sara Bacchi
Templa prope adgreditur.*

Sub *terra*, ut in *Andromacha* :

Acherusia templa alta Orci salve te infera.

— 7. Quaqua intuitus* erat oculi, a tuendo primum *templum* dictum. Quocirca *cælum*, qua attuimur, dictum *templum*. Sic :

Contremuit templum magnum Jovis altitonantis,



... vnu. .

pli partes quattuor dicuntur, *sinistra*
extra ab occasu, *antica* ad meridiem,
præteriorum. — 8. In terris dictum t
auguri aut auspicii causa quibusdam c
s finitus. Concipitur verbis non isdem
In Arce sic :

* *tescaque me ita sunt quoad e*l**
lingua mincupavero.

* *arbos, quirquir est, quam me se*s**
isse, templum tesumque finito in**

* *arbos, quirquir est, quam me sen*s**
sse, templum tesumque finito in**

nregione, conspicione, cortumione,
rectissime sensi.

lo faciund.

cere, tum cum templum facit, augurem : *conspicne*, qua oculorum conspectum finiat. Quod, cum aiunt *conspicione* ; addunt *cortumionem*, dicitur cordis visu ; cor enim cortumionis origo.—10. Qui addit templo ut siut *tesca*, aiunt sancta esse, Glossas scriperunt. Id est falsum ; nam curia Holliae templum est et sanctum non est. Sed hoc ut jarent, ad eam sacram* templum esse, factum quod urbe Roma pleraque aedes sacrae sunt templo, dem sancta, et quod loca quedam agrestia quod, quojus dei sunt, dicuntur tesca. — 11. Nam aī Accium in Philocteta Lemnio :

*Quis tu es mortalis, qui in deserta et tesca
apportes loca ?*

Ea* enim loca quae sint, designat quom dicit :

Lemnia præsto

Littora rara, et celsa Cabirum

Delubra tenes mysteriaque

Pristina castis concepta sacris;

deinde :

Volcania templa sub ipsis

Collibus, in quos delatus locos

Dicitur alto ab limine cæli;

et :

Nemus expirante vapore vides,

*Unde ignis cluet mortalibus clam**

Divisus.

senex, pro Juppiter!

uit cognatus volet nos contra tueri

ndo ac tutela, ut cum dicimus *Bellum*
villam, a quo etiam quidam dicunt
t ædes sacras, *ædituum*, non *ædito-*
en hoc ipsum ab eadem est prefectum
quem volumus domura curare, dici-
videbis, ut Plautus cum ait :

cura, vide quod opus fiat.

*ica** quæ vestem spiceret, id est vi-
ueretur; quare a tuendo et *templa-*
n discriminine eo quod dixi. — 13.
ud Enni :

ceptum me necato et filium.

t continuo, quod omne templum esse
im nec plus unum;

quod est : *Pervade polum*, valet : vade περὶ πόλον.
Signa dicuntur eadem et *sidera* : signa quod aliquid significant, ut libra aequinoctium ; sidera quæ insidunt, atque item significant aliquid in terris perurendo aliudve, quare ut : *Signum candens in pecore*.

15. Quod est :

Terrarum anfracta revisam ;

anfractum est flexum, ab origine duplici dictum, ab ambitu et frangendo ; abeo leges jubent indirecto pedum VIII esse, in anfracto XVI, id est in flexu.

16. Ennius :

Ut tibi Titanis Trivia dederit stirpem liberum.

Titanis Trivia Diana est, ab eo dicta Trivia, quod in trivio ponitur fere in oppidis Græcis, vel quod luna dicitur esse, quæ in cælo tribus viis moveatur, in altitudinem et latitudinem et longitudinem. Titanis dicta quod eam genuit Titanis* Lato. Lato enim, ut scribit Manilius :

est Cæo creata Titano.*

Ut idem scribit :

Latona pariit casta complexu Jovis

Deli Deos geminos,

id est Apollinem et Dianam.

Dii quod Titanis Deliadae

eadem . . .

17. *O sancte Apollo, qui umbilicum cerum terrarum ob tines!*

Umbilicum dictum aiunt ab umbilico nostro, quod is medius locus sit terrarum, ut umbilicus in nobis ; quod utrumque est falsum. Neque hic locus est terrarum medius, neque noster umbilicus est hominis medius. Itaque pingitur quæ vocatur ἡ χθῶν^{*} Πυθαγόρα, ut media cæli ac terræ linea ducatur infra umbilicum per id quo discernitur, homo mas an fœmina sit, ubi ortus humanus, similis ut in mundo, ubi etiam omnia nascuntur in medio, quod terra mundi media. Præterea si quod medium*, ut pilæ, terræ : non Delphi medium. Sed terræ medium, non hoc sed quod vocant Delphis, in æde ad latus est quiddam, ut thesauri specie, quod Græci vocant δυφαλόν, quem Pythonos aiunt tumulum ; ab eo nostri interpres δυφαλόν umbilicum dixerunt.

18. Pacuvius :

Calydonia altrix terra exuperantium virum.

Ut ager Tusculanus, sic Calydonius ager est, non *terra* ; sed lege poetica, quod terra Ætolia, in qua Calydon, a parte totam accipi Ætoliam voluit.

19. Accius :

Mystica ad dextram vada prætervecti.

Mystica a mysteriis quæ ibi in propinquis locis nobilia fiunt.

Enni :

*Areopagitez quidem dedere æquam pugnam **

Areopagitæ ab Areopago; is locus Athenis.

20. *Musæ quæ pedibus magnum pulsatis
Olympum,*

Calum dicunt Græci *Olympum*, montem in Macedonia omnes; a quo potius puto Musas dictas *Olympiadas*. Ita enim ab terrestribus locis aliis cognominata Libethrides, Pimpleides, Theapiades, Heliconides.

21. Cassi* :

Hellespontum et claustra;

*claustra**, quod Xerxes quondam eum locum clausit; nam ut Ennius ait :

*Isque Hellesponto pontem contendit in alto;
nisi potius ab eo quod Asia et Europa ubi collidit,
mare inter angustias facit Propontidis fauces.*

22. Pacuvius :

Liqui in Ægeo freto;

dictum *fretum* a similitudine ferventis aquæ, quod in fretum sæpe concurrat æstus atque effervescat. *Ægeum* dictum ab insulis, quod in eo mari scopuli in pelago vocantur ab similitudine caprarum *æges*.

23. *Ferme aderant æquore in alto
Ratibus repentibus.*

Æquor mare appellatum, quod æquatum quom com-

, ..um - mare sudantes eundentes.

i navis longa propter remos, quod ii,
i sublati sunt dextra et sinistra, du-
dentur; ratis enim, unde hoc tralatu-
ires mali aut asseres [juncti aqua duci
culæ cum remis ratiariæ dicuntur.] .

Hic deest in exemplari folium unum

. *agrestis ab agro. Dictas apparet i-*
tias, quod velamenta, his e linea quæ
fulæ. Itaque tum quod ad sepulcrum

frondem ac flores addidit ;
as, sed velatas frondentis comas.
rnuatam tauram umbram jaci ;*

et cornuatam a cornibus. Cornu-
quod pleraque curva-

S, postea dictum R; ut in carmine Saliorum sunt
hæc :

12

**COZEULODOIZESO ; OMNIA VERO ADPATULA COE-
MISSE IAMCUSIANES DUO MISCRUSES DUN JANUSVE
VET POS MELIOS EUMRECUM. . . .**

*Hic spatum decem linearum
relictum erat in
exemplari.*

—27. . . . *fædesum foderum, plusima plurima,
meliosem meliorem, asenam arenam, janitos jani-
tor.* Quare est *Casmena Carmena*, ut^{*} carmina, car-
men ; R extrito *Camena* factum. Ab eadem voce *ca-
nite*, pro quo in Saliari versu scriptum est *cante*, hoc
versu :

DIVUM EMPTA CANTE, DIVUM DEO SUPPLICANTE.

—28. In carmine Priami quod est :

*Veteres Casmenas cascā rem volo profari
Et Priamum ;*

cascum significat vetus ; *ejus origo Sabina quæ us-
que radices in Oscam lingua egit. *Cascum* vetus esse
significat Ennius, quod ait :

Quam prisci casci populi tenuere Latini.

Eo magis Manilius, quod ait :

*Cascum duxisse cascām non mirabile est,
Quoniam Caron eas^{*} conficiebat nuptias.*

*puerum.
n^o pusam ; sic fiet mutua muli ;
ere pusus tu, tua amica senex.*

stendit quod oppidum vocatur *Casinum*;
Sabinis orti Samnites tenuerunt, et nunc
nunc Casinum forum vetus appellant.
ant in Atellanis aliquot Pappum senem,
isnar appellant. . . .

Lucilius :

*ego ambages Ambivi scribere coner ?
verbo ambe, quod inest in ambitu et*

alerium Soranum :

adagio est, o P. Scipio ;

*isque eo evanuit, ut Græcum pro eo
it apertum; nam idem est quod παρο-
ci, ut est;*

cum teneo

hostiae constituuntur.—32. Quom tria sint conjuncta, in origine verborum quæ sint animadvertenda, a quo sit impositum et in quo et quid; sæpe non minus de tertio quam de primo dubitatur, ut in hoc, utrum primum una *canis*, aut *canes* sit appellata; dicta enim apud veteres una canes. Itaque Ennius scribit:

Tantidem quasi feta canes sine dentibus latrat.

Lucilius :

*Nequam et magnus homo, laniorum immensis
canes ut.*

Impositio unius debnit esse canis, plurium canes; sed neque Ennius consuetudinem illam sequens reprehendens, nec is qui nunc dicit: *Canis caninam non est.* Sed canes, quod latratu signum dant, ut signa canunt, *canes* appellatae; et quod ea voce indicant noctu, que latent, *latratus* appellatus. — 33. Sic dictum a quibusdam, ut una canes, una *trabes*:

.... *trabes* remis rostrata per altum.*

Ennius :

*Uinam ne in nemore Pelio securibus
Cæsa accidisset abiegnæ ad terram trabes;
quojus verbi singularis casus rectus correptus ac facta
trabs.*

34. In Medio :

*Cælitum camilla, exspectata advenis, salve
hospita;*

camillam, qui glossemata interpretati, dixerunt administram; addi oportet, in his quae occultiora; itaque dicitur nuptius *camillus*, qui cumerum fert, in quo quid sit, in ministerio plerique extrinsecus ne-
sciunt. Hinc *Casmilus* nominatnr Samothrecc myste-
riis dius quidam administer Diis Magnis. Verbum
esse Græcum arbitror, quod apud Callimachum in
poëmatis ejus inveni.

35. Apud Ennium :

Subulo quondam marinus propter astabat pla-
gas;

subulo dictus, quod ita dicunt tibicines Tusci; quo-
circa radices eius in Etruria, non Latio querundæ.

36. *Versibus* quos olim *Fauni* vatesque canebant.

Fauni dei Latinorum, ita ut Faunus et Fauna sit;
hos versibus, quos vocant Saturnios, in silvestribus
locis traditum est solitos fari futura, a quo fando
Faunos dictos. Antiquos poetas *vates* appellabant a
versibus viendis, ut de* poematis cum scribam,
ostendam.

37. *Corpo Tartarino prognata Paluda virago.*

Tartarino dictum a Tartaro. Plato in quatuor flu-
minibus apud inferos quae sint, in his unum *Tartarum*
appellat; quare *Tartari* origo Græca. *Paluda* a palu-
damentis. Hæc insignia atque ornamenta militaria; ideo
ad bellum quom exit imperator ac lictores mutarunt

vestem et signa incinerunt, *paludatus* dicitur profisci. Quæ propterea, quod conspicuntur qui eahabent, ac fiunt palam, *paludamenta* dicta.

38. Plautus :

*Epeum fumificum, qui legioni nostræ habet
Coctum cibum;*

Epeum fumificum cocum ab Epeo illo, qui dicitur ad Trojam fecisse equum Trojanum et Atridis* cibum curasse.

39. Apud Naevium :

Atque prius paret locusta Lucam bovem.

Luca *bos* elephas ; quor ita sit dicta, duobus modis inveni scriptum. Nam et in Cornelii commentariis erat : Ab Libycis Lucas ; et in Virgilii : Ab Lucanis Lucas ; ab eo quod nostri, quom maximam quadrupedem, quam ipsi haberent, vocarent bovem, et in Lucanis Pyrrhi bello primum vidissent apud hostem elephantos, id est* quadrupedes cornutas (nam quod dentes multi dicunt, sunt cornua), Lucanam bovem quod putabant, Lucam bovem appellassent. — 40. Si ab Libya dictæ essent Lucæ, fortasse an pantheræ quoque et leones non Africæ bestiæ dicerentur, sed Lucas. Atque* ursi potius Lucani, quam Luci. Quare ego arbitror, potius Lucas ab luce, quod longe reucebant propter inauratos regios clupeos, quibus rorum tum ornatae erant turres.

41. Apud Ennium :

Orator sine pace reddit regique refert rem;

orator dictus ab oratione ; qui enim verba orationum haberet publice adversus eum quo legabatur, ab oratione *orator* dictus. Quom res major erat, oratores* legabantur potissimum qui causam commodissime orare poterant ; itaque Ennius ait :

Oratores doctiloqui.

42. Apud Ennium :

Olli respondet suavis sonus Egeriae ;

ollii valet dictum illi, ab olla et ollo, quorum alterum, comitiis quom recitatur a præcone, dicitur : *Olla centuria*, non illa ; alterum appareat in funeribus indictivis, quom dicitur : *Ollus leto datus est*, quod Græcus dicit λύθη, id est oblivioni.

43. Apud Ennium :

*Mensas constituit idemque ancilia** . . . ;

ancilia dicta ab ambecisu, quod ea arma ab utraque parte, ut Thracum, incisa.

44. Libaque, fictores, Argeos et tutulatos.

Liba, quod libandi causa fiunt. *Fictores* dicti a sanguinis libis. *Argei* ab Argis; Argei fiunt e scirpeis, simulacra hominum XXIII; ea quotannis de ponte sublicio a sacerdotibus publice deici solent in Tibirim. *Tutulati* dicti ii, qui in sacris in capitibus habere solent ut metam ; id *tutulus* appellatus ab eo quod, matres familias crines convolutos ad verticem capitis quos habent vitta* velatos, dicebantur tutuli ;

sive ab eo quod id tuendi causa capilli fiebat, sive ab eo, quod, altissimum in urbe quod est, arx, tutissimum vocatur. — 45. Eundem Pomonilium ait fecisse flamines, qui quom omnes sint a singulis deis cognominati, in quibusdam apparent *τρυπα*, ut quor sit *Martialis* et *Quirinalis*; sunt in quibus flaminum cognominibus latent origines, ut, in his qui sunt versibus, plerique :

*Volturalem, Palatualem, Furrinalem
Floralemque Falacrem et Pomonalem fecit
Hic idem;*

quæ obscura sunt. Eorum origo *Volturnus*, diva *Palatua*, *Furrina*, *Flora*, *Falacer* pater, *Pomona**.

46. Apud Ennium :

*Jam cata signa fera sonitum dare voce parabant;
cata acuta; hoc enim verbo dicunt Sabini; quare*

catus Ælius Sextus

non, ut aiunt, sapiens, sed acutus, et quod est :

*Tunc cepit memorare simul cata dicta,
accienda acuta dicta.*

47. Apud Lucilium :

Quod thynno capto cobium excludunt foras;
et :*

Occidunt, Lupe, saperdæ te et jura siluri;

*Sume rete † atque amiam;
iscium nomina sunt eorumque in Græcia origo.*

48. Apud Ennium :

Quæ cava corpore cœruleo* cortina receptat ;
ava cortina dicta, quod est inter terram et cœlum
d similitudinem cortinæ Apollinis ; ea a corde, quod
ide sortes primæ existimatæ.*

49. Apud Ennium :

*Quin inde invitis sumpserint perduellibus ;
erduelles dicuntur hostes ; ut perfecit, sic perduel-
lm; et duellum id postea bellum. Ab eadem causa
icta Duellona Bellona.*

50. Apud Plautum :

*Neque jugula, neque vesperugo, neque vergiliæ
occidunt ;
jugula signum quod Accius appellat Oriona, quom
it :*

citius Orion patescit;

*ujus signi caput dicitur ex tribus stellis, quas infra
uæ claræ, quas appellant umeros ; inter quas quod
idetur jugulum, jugula dicta. Vesperugo stella
uæ vespere oritur, a quo eam Opilius scribit Vespe-
rum ; itaque dicitur alterum † : Vesper adest, quem
icunt Græci duseniprov †.*

LIBER SEPTIMUS.

100

51. Nævius :

*Patrem suum supremum opium appellat ;
supremum a superrumo dictum ; itaque in XII tabu-
lis dicunt :*

Solis occasu diei supra tempestas esto.

Libri Augurum pro temestate tempestutem dicunt
supremum auguri tempus.

52. In Cornicularia :

*Qui regi latrocinatus decem annos Demetrio ;
latrones dicti ab latere, qui circum latera erant regi
ataque ad latera habebant ferrum, quos postea a stipa-
tione *stipatores* appellarent; aut qui conducebantur;
ea enim merces Græce dicitur λάρπον. Ab eo veteres
poetæ nonnunquam milites appellant latrones, quod
item et milites cum ferro, aut quod latent ad insidias
faciendas.*

53. Apud Nævium :

*Risi egomet mecum cassabundum ire ebrium
cassabundum a cadendo. Idem :*

Diabathra in pedibus habebat amictus epicre

Utrunque vocabulum Græcum.

54. In Menæchmis :

Inter ancillas sedere jubeas, lanam care

Idem est hoc verbum in Cosmetria Nævii. Ca

ille hic aderit credo congerro meus;
erra. Id Græcum est, et in Latina cratis.
næchmis :

tuc alis adscriptivis fieri ad legionem
solet;

dicti, quod olim adscribantur inermes,
bus qui succederent, si quis eorum de-

nummo :

nam illum tibi
*esse amicoum inventum intellego** ;
ferendo, id est inane + ac sine fructu;
tarii equites hi dicti, qui ea modo ha-
e ferrentur, ut jaculum. Hujuscemodi
di in Æsculapii æde vetere et *feren-*
s.

nistratores Cato esse scribit; potest id ab acciendo* ad arbitrium ejus quojus minister.

59. Pacuvius :

Quom Deum triportenta

60. In Mercatore.

*Non tibi istuc magis dividiae 'st quam miki ho-
die fuit;*

Hoc itidem* et in Corollaria Nævius. *Dividia* ab di-
videndo dicta, quod divisio distractio est doloris;
itaque idem in Curculione ait :

*Sed quid tibi est ? lien enecat, renes dolent,
Pulmones distrahuntur.*

61. In Phagone :

Honos syncerasto perit, pernis, glandio ;

syncerastum est omnimodum edulium, antiquo vo-
cabulo Graco.*

62. In Parasito pigro :

Domum ire cœpi tramite dextera via ;

trames a transverso dictus.

63. In Fugitivis :

*Age respecta, vide vibices quantas. Jam in-
spexi quid esset ;*

sunt hic limaces lividae
no, quod ibi vivit.
ares, schœnicolæ, miraculæ;
a binis obolis. *Schœnicolæ* ab *schœno-*
nguento. *Miraculæ* a miris, id est mon-
Accius ait personas distortas oribus defor-
es.
em :
, *scrupipedæ**, *strittabillæ*, *tantulæ*;
scratias hic adsignificat. *Scrupipedas*
bit ab *scauripeda*; Juventius comicus
niculo piloso, qui solet esse in fronde
dibus; Valerius a pede ac *scrupea*.
itum curiosa †; itaque est in Mela-
e religionem, ut scrupeam imno-*
*tibi**.

*Mulier es, uxor — Cuja vis? — Ego novi, sc̄i
axitiosam.*

Sic Claudio scribit :

Axitiosas demonstrari consuppliatices.

Ab agendo *axitiosas*; ut ab una faciendo *factiosas*,
sic ab una agendo *actiosæ* *et *axitiosæ** dictæ.

67. In Cesistione :

Da stribula aut de lumbō obscēna vicerat
stribula*, ut Opilius scribit, circum coxendices saepe
bovis; id Græcum est ab ejus loci versura.

68. In Nervolaria :

*Scobina ego illum actutum adraserim**;

scobinam a scobe; lima enim materia fabrilis est.

69. In Pœnulo :

Vinceretis cervum cursu vel gralatorem gradus

gralator a gradu magno dictus.

70. In Truculento :

*Sine virtute argutum civem mihi habeas
pro præfica;*

præfica dicta, ut Aurelius scribit, mulier, ad luctum
quæ conduceretur, quæ ante donum mortui laudet
ejus caneret. Hoc factitatum Aristoteles scribit in lib.
bro qui inscribitur νόμιμα βαρβαρικά. Quibus testi-
monium est, quod fretum est τὸ Νεῦνον :

, præfica est dicta. Utrumqu
præfectione *præficam* dictam.
id Ennium :

*'ecem coclites, ques montibus summis
æis fodere ;*
*'ocles ut ocles dictus, qui unum haberet
uocirea in Curculione est :*

*? Coelitum prosapia te esse arbitror ;
in hi sunt unoculi.*

c de temporibus dicam. Quod est apud

te intempesta nostram devenit domum ;
*esta dicta ab tempestate ; tempestas ab
intempesta quo tempore nihil agitur.*

*In noctis videtur in altisono
clipeo ? Temo superat*

usum, ut* culture tempus designandum, convenire animadvertebantur.— 74. Ejus signa sunt, quod has septem stellas Graeci, ut Homerus, vocant Αμαξαν, et propinquum ejus signum, Βοώτην; nostri eas septem stellas, *boves* et *tēmonē* et prope eas *axē*. Triones enim boves appellantur a bubalcis etiam nunc maxime quoniam arant terram; e quis ut dicti *valentes glebarii* qui facile proscindunt glebas, sic omnis qui terram arabant, a terra *terriōnes*, unde *triones* ut dicerentur E detrito. — 75. Temo dictus a *tēmonē*; is enim continet jugum. Et *plaustrum* appellatum, a parte totum, ut multa. Possunt triones dicti septem, quod ita sitae stellæ, ut ternæ trigona faciant.

76. *Ajax**, quod lumen, jubarne in cœlo
cerno?

Jubār dicitur stella, Lucifer quæ in summo†, quod habet lumen diffusum, ut leo in capite jubam. Hujus ortus significat circiter esse extremam noctem; itaque ait Pacuvius:

exerto jubare, noctis decursu itinere.

77. Apud Plautum in Parasito Pigro:

inde hic bene potus primo crepusculo;

crepusculum ab Sabinis, quod id dubium tempus noctis an diei sit. Itaque in Condalio est:

Tam crepusculo, sere ut amant, lampades accendite.

*praeusquam ad postremum
perveneris;*

*concupitu dormiendi causa dictum.
maria :*

*factum volo; at redito huc conti-
uo;*

*scendo conticinere; sive, ut Opilius
tom conticuerunt homines.
his rebus, quæ adsignificant aliquod
icuntur aut fiunt, dicam.*

dens nervo equino concita

*m unde quid profectum, redit eo.
ocare factum; aut, quod poscere*

m :

*ut transversus cedit quasi cancer, non proversus
ut homo.*

82. Apud Ennium :

Andromachæ nomen qui indidit, recte indidit;
item :

*Quapropter Parim pastores nunc Alexandrum
vocant.*

Imitari dum voluit Euripidem et ponere ἔτυμον, est lapsus. Nam Euripides quod Græca posuit, ἔτυμα sunt aperta. Ille ait, ideo nomen additum Andromachæ, quod ἀνδρὶ μάχεται : hoc Ennii quis potest intellegere viro adversam* significare :

Andromachæ nomen qui indidit, recte indidit;
aut Alexandrum ab eo appellatum in Græcia, qui Paris fuisset, a quo Herculem quoque cognominatum *Alexicacon*, ab eo quod defensor esset hominum.

83. Apud Accium :

*Jamque auroram rutilare procul
Cerno ;*

aurora dicitur ante solis ortum, ab eo quod ab igni solis tum aureo aer aurescat. Quod addit *rutilare*, est ab eodem colore ; aurei enim rutili, et inde etiam mulieres valde rufæ *rutilæ* dictæ.

84. Apud Terentium :

Scortatur, potat, olet unguenta de meo;

scortari est saepius meretriculam ducere quæ dicta appellare; id enim non solum antiqui dicebant *scortum*, sed etiam nunc dicimus *scorteæ* ea, quæ ex corio ac pellibus sunt facta; inde* in aliquot sacris ac sacellis scriptum habemus:

Ne quid scorteum adhibeatur ideo ne morticinum quid adsit.

In Atellanis licet animadvertere rusticos dicere se adduxisse pro scorto *pelliculam*.

85. Apud Accium:

Multis nomen vestrum numenque ciendo;

numen dicunt esse imperium, dictum ab nutu; *numina** sunt, quojus imperium maximum esse videatur; itaque in Jove hoc et Homerus et aliquotiens Livius.

86. Apud Plautum:

Si unum epityrum estur insane bene;

epityrum vocabulum est cibi quo frequentius Sicilia quam Italia usa. Id edi* vehementer quom vellet dicere, dicit *insane*, quod insan faciunt omnia vehementer.

87. Apud Pacuvium:

Flexamina tanquam lymphata aut Bacchi Commota*;* *sacris*

*lymphata** dicta a *lympha*; *lympha** a *nympha*, ut, quod apud Græcos Θέτις, apud Ennium:

Thelis illi mater.*

In Græcia commota mente quos *nympholempas* appellant, ab eo *lymphatos* dixerunt nostri. *Bacchi* : est Liber, quojus comites Bacchæ. Et vinum in Hispania *baccha*. — 88. Origo in his omnibus Græca, ut quod apud Pacuvium :

Alcyonis ritu litus per volgans furor ;

hæc enim avis nunc Græce dicitur ἀλκυών, a nostris *alcedo* ; hæc hieme quod pullos dicitur tranquillo mari facere, eos dies *alcyonios* appellant. Quod est in versu *alcyonis ritu*, id est ejus instituto, ut quom aruspex præcipit, ut suo quisque ritu sacrificium faciat, et nos dicimus XII. vires Græco rita sacra, non Romano facere. Quod enim fit rite, id ratum ac rectum est ; ab eo Accius :

recte perfectis sacris

Volt accipi.

89. Apud Ennium :

Si voles advertere animum, comiter monstrabitur;

comiter : hilare ac lubenter, quojus origo Græca κῶμος ; inde *comissatio* Latine dicta ; et in Græcia, ut quidam scribunt, *comodia*.

90. Apud Atilium :

Cape, cæde, lide, come, conde ;

cape, unde *accipe* ; sed hoc in proximo libro retrictandum.

*re mansuetacere; quod enim a fero discr
tur cicur, et ideo dictum: cicur ingeniu
mansuetum; a quo Veturii quoque no
minati Cicurii. Hinc natum a cicco cicur
cum dicebant membranam tenuem, qua
do Punico discrimen; a quo etiam Plat
volt elenchum*: ciccum non ineerduo.*

*id Nævium:
venire video ferme injuria;
ur quod nunc fere; utrumque dictum a
d id quod fertur, est in motu atque ad
Plautum:
gio uxorem tandem abegi ab janua;
nihil significat, sed effutuum naturaliter;
l Ennum:*

in controversia, ea vocabatur *lis*; ideo in actionibus videmus dici :

Quam rem sive mi litem dicere oportet;
ex quo licet videre jurgare esse ab jure dictum, quom quis jure litigaret; a quo objurgat is qui id facit juste.

94. Apud Lucilium* :

Atque aliquos ibus ab rebus clepsere foro qui.
Clepsere dixit, unde etiam alii *clepere*, id est corrumpere; quorum origo a clam, ut sit dictum *clepere*, unde *clepere*, ex E A commutato, ut multa. Potest vel a Græco dictum *χλέπτειν*.

95. Apud Matium :

Corpora Graiorum mærebat mandier igni;
dictum mandier a mandendo, unde *manducari*; a quo in Atellanis apud Dossenum* vocant *Manducum*.

96. Apud Matium:

Obscæni interpres funestique ominis auctor;
obscænum dictum ab scæna; ea, ut Græci, σκηνή, ut Accius scribit, scena. In pluribus verbis A ante E alii ponunt, alii non; ut quod partim dicunt *sceptrum* partim *scæptrum*; alii Plauti *Fæneratricem*, alii *Feneratricem*; sic *fænisicia* ac *fenisicia*, ac rustici *Pappum Mesium*, non *Mæsum*, a quo Lucilius scribit :

Cecilius Pretor ne rusticus fiat.*

uare turpe ideo obscenum, quod, nisi in scenam, ilam dici non debet. — 97. Potest vel ab eo, quod uerulis turpicula res in collo quedam suspenditur, ie quid obsit, bona scævæ causa *scævola* appellata. Ea dicta ab *scæva*, id est sinistra, quod quæ sinistra sunt, bona auspicia existimantur. A quo dicuntur comitia aliudve quid, *sinistima**, sinistra quæ sunt. Id a Græco est, quod hi sinistram vocant *scævola*. Quare, quod dixi, *obscenum* omen* est omen turpe. Quod unde* dicitur, *osmen*, e quo S extritum.

98. Apud Plautum :

*Quia ego antehac te amavi * et mihi amicam
esse crevi;*

*revi** valet constitui; itaque heres, quom constituit e heredem esse, dicitur *cernere*, et quom id fecit *revisse*.

99. Apud eundem quod est :

Mihi frequentem operam dedistis;

solet assiduam. Itaque qui adest, *assiduus*; ferre pœm operam* oportet, is *frequens* opponi solet. Itaque illud quod eadem mulierculæ dicunt :

Pol istoc quidem nos pretio per facile est fre-
quentare;*

Ita in prandio nos lepide ac nitide accepisti;

apparet dicere : facile est curare ut assimus, quom
jam bene nos accipias.

100. Apud Ennium :

Decretum fossari corpora telis.*

Hoc verbum Ennii dictum a fodiendo; a quo *fossa*.

101. Apud Ennium :

vocibus concide, facis musset obrutus;*

mussare dictum, quod muti non amplius quam μῦ
dicunt; a quo idem dicit, id quod minimum est :

neque, ut aiunt, μῦ facere audent.

102. Apud Pacuvium :

*Dei monerint meliora, atque amentiam
Averruncassint;*

ab avertendo *averruncare*, ut deus qui in eis rebus
praeest, *Averruncus*. Itaque ab eo precari solent, ut
pericula avertat.

103. In Aulularia :

pipulo te differam ante ædis;

id est convicio, declinatum a pipatu pullorum. Mul-
ta ab animalium vocibus tralata in homines, partim
quæ sunt aperta, partim obscura. Perspicua, ut
Ennii :

animus cum pectore latrat;

Plauti :

... rō u nīo habue.

nquam rūdet ex rostris atque ejulit

tum hinnitum atque equitatum.

inus aperta, ut Porcii ab lupo :

volitare ululantis ;

lulo :

ia maximo labore mugit;

ive :

clamore bovantes ;

ue :

pausam fecere fremendi;

;

volum evolu-

Quid fringatis? quid ictue tam cupide cupis?
Sueti* a volucribus*:

*ita tradedeque in re neque in
Judicium Æsopi nec theatri tritiles †.*

105. In Colace :

Nexum . . .

*Nexum** Mamilius scribit, omne quod per libram et æs geritur, in quo sint mancipia. Mutus, quæ per æs et libram fiant ut obligentur, præter quæ mancipio dentur. Hoc verius esse, ipsum verbum ostendit de quo quærit; nam idem quod obligatur per libram neque suum fit, inde *nexus* dictum. Liber qui suas operas in servitudinem pro pecunia quadam debebat, dum solveret, *nexus* vocatur, ut ab ære *obseratus*. Hoc C. Poplilio auctore* Visolo* dictatore sublatum ne fieret, ut omnis, qui bonam copiam jurarunt, ne essent nixi, sed soluti.

106. In Casina :

*sine amet, sine quod lubet id
Faciat, quando tibi nil domi delicuum est.*

*Delicuum** dictum ab eo, quod deliquandum non sit, ut turbida quæ sunt deliquantur, ut liquida fiant. Aurelius scribit *delicuum* esse ab liquido; Claudius ab eliquato. Si quis alterutrum sequi malet, habebit auctorem apud Atiliū :

Per lætitiam liquitur animus.

A liquando liquitur fictum.



§. 105—107.

117

Multa apud poetas reliqua esse verba, quogenes possint dici, non dubito, ut apud Naz.
Hesiona :

enim vero gladii lingula,

; in Clastidio :

vitulantes,

; in Dolo :

caperata fronte,

fronte; in Demetrio :

persibus,

itaque sub hoc glossema *callide* subscribunt;
padione :

protinam ,

us, continuitatem significans; in Nagidone :

clucidatus,*

nametsi a magistris accepimus mansuetum :
ulo :

sponsus,

ponsum rogatus; in Stigmatia :

prabia,

endo ut sit tutus, quod sint remedia in celo
in Technica :

conficiant,

a conficto convenire dictum; —108. in *Tarentilla*:

*praelucidum**,

ab luce illustre; in *Tunicularia*:

exolas quassant,

aulas quæ eiciuntur, a Græco verbo ἔκβολη dictum; in bello Punico:

nec satis sarrare,

ab serare dictum, id est aperire; hinc etiam *seræ*,
qua remota fores panduntur.

109. Sed quod vereor ne plures sint futuri, qui de
hoc genere me, quod nimium multa rescripserim, re-
prehendant, quam quod reliquerim quædam, accu-
sent; ideo potius jam reprimendum quam procuden-
dum puto esse volumen. Nemo reprehensus qui e se-
gete ad spicilegium reliquit stipulam. Quare institutis
sex libris, quemadmodum rebus Latina nomina essent
imposita ad usum nostrum; e quis tres scripsi Septu-
mio qui mihi fuit Quæstor, tris tibi quorum hic est
tertius; priores de disciplina verborum originis, po-
steriores de verborum originibus: in illis qui ante
sunt, in primo volumine est, quæ dicantur, quor
ἐτυμολογία, neque ars* sit, neque ea utilis sit; in se-
cundo quæ sint, quor et ars ea sit et utilis sit; in ter-
tio quæ forma etymologiæ. —110. In secundis tribus
quos ad te misi, item generatim discretis, primum,
in quo sunt origines verborum locorum et earum re-

rum quæ in locis esse solent : secundum, quibus vocabulis tempora sint notata et eæ res quæ in temporibus sunt : tertius hic, in quo a poetis item sumpta ut illa, quæ dixi in duobus libris soluta oratione. Quocirca quoniam omnis operis de lingua Latina tris feci parteis, primo quemadmodum vocabula imposita essent rebus , secundo quemadmodum ea in casus declinarentur ; tertio quemadmodum coniungerentur : prima parte perpetrata, ut secundam ordiri possim, huic libro faciam finem.

M. TERENTI VARRONIS**DE LINGUA LATINA****AD CICERONEM**

LIBER OCTAVUS.

1. Quom oratio natura tripartita esset, ut superiorebus libris ostendi, quojus prima pars, quemadmodum vocabula rebus essent imposita; secunda, quo pacto de his declinata in discrimina ierunt; tertia, ut ea inter se ratione conjuncta sententiam efferant: prima parte exposita, de secunda incipiamus hinc; ut propago omnis natura secunda, quod prius illud rectum, unde ea sit declinata; itaque declinatur in verbis rectum *homo*; obliquum *hominis*, quod declinatum a recto. — 2. De hujusc multiplici natura discriminum rationes* sunt haec: quorū et quo, et quemadmodum in loquendo declinata sunt verba. De quibus duo prima duabus causis percurram breviter: quod et tum cum de copia verborum scribam, erit retractandum; et quod et, de tribus tertium quod est, habet suas permultas ac magnas partes.

3. Declinatio inducta in sermones non solum Latinos, sed omnium hominum, utili et necessaria dicitur.

... nisi enim ita esset factum, neque dicere tantum
nominum verborum possemus; infinita enim
natura, in qua ea declinantur: neque quae di-
cimus, ex his, quae inter se rerum cognatio es-
t, apparet. At nunc idgo videmus, quod simile
quod propegatum. *Legi* ubi declinatum est a *lo-*
*o**, duo simul apparent, quodammodo eodem dici
t non eodem tempore factum: at si verbi gratia al-
terum horum diceretur *Priamus*, alterum *Hecuba*;
nullam unitatem adsignificaret, quae apparet in *lego*
et *legi* et in *Priamus* et *Priamo*. — 4. Ut in homi-
nibus quazdam sunt agnitiones ac gentilitates, sic in
verbis: ut enim ab *Æmilio* homines orti *Æmilii*, ac
gentiles; sic ab *Æmiliu* nomine declinatae voces in
gentilitate nominali; ab eo enīq., quod est imposi-
tum recte casu *Æmilieus*, erta *Æmilius*, *Æmilium*,
Æmilioe, *Æmiliorum*; et sic reliqua, ejusdem que
sunt stirpis. — 5. Duo igitur omnino verborum prin-
cipia, impositio et declinatio*; alterum ut fons, alte-
rum ut rivus. Impositia nomina esse voluerunt quam
paucissima, quo citius ediscere possent: declinata
quasi plurima, quo facilius omnes, quibus ad usum
opus essent, dicerent. — 6. Ad illud genus quod prius,
histria opus est; nisi descendendo enim, alter id
non pervenit ad nos; ad reliquum genus quod poste-
rius, arc; ad quan opus est paucis preceptis, quae
sunt hec: Quia enim ratione in uno vocabulo de-
clinare didiceris, in infinito numero nominum uti
possis: itaque novis nominibus allatis in consuetudi-
nem, sine dubitatione eorum declinatus statim omnis
dicit populus; etiam novicii servi empli in magna fa-

milia cito omnium conservorum nominis recto casu accepto in reliquos obliquos declinant. — 7. Qui si nonnunquam offendunt, non est mirum: etenim illi qui primi nomina imposuerunt rebus, fortasse an in quibusdam sint lapsi; voluisse enim putant singularis res notare, ut ex his in multitudinem declinaretur, ab *homine homines*; sic mares liberos voluisse notari, ut ex his feminæ declinarentur, ut est ab *Terentio Terentia*; sic in recto casu quas imponerent voces, ut illinc essent futurae quæ declinarentur: sed hæc in omnibus tenere nequisse, quod et unæ dicuntur *scopæ*, et mas et femina *aquila*, et recto et obliquo vocabulo *vis*. — 8. Quorū hæc non tam sint in culpa, quam putant, pleraque solvere non difficile, sed nunc non necesse; non enim quid potuerint adsequi, sed quid voluerint, ad hoc quod propositum, refert, quod nihilo minus declinari potest ab eo quod imposuerunt scopæ, scopæ, quam si imposuissent scopæ, ab eo scopæ; sic alia.

9. Causa, inquam, quorū ab impositis nominibus declinarint, ea est^{*} quam ostendi. Sequitur, in qua voluerint declinari aut noluerint, ut generatim ac summatim, item in formis. Duo enim genera verborum: unum secundum, quod declinando multas ex se parit disparilis formas, ut est *lego*, *legis*, *legam*, sic alia: alterum genus sterile, quod ex se parit nihil, ut est *etiam*, *vix*, *cras*, *magis*, *quorū*. — 10. Quarum rerum usus erat simplex, simplex^{*} ibi etiam vocabuli declinatus, ut in qua domo unus servus, uno servili opus nomine; in qua multi, pluribus. Igitur et in his rebus, quæ verba^{*} sunt et^{*} nomina, quod discri-

mina vocis plura, propagines plures ; et in his rebus, quæ copulae sunt ac jungunt verba, quod non opus fuit declinari in plura, fere singula sunt : uno enim loro alligare possis vel hominem vel equum vel aliud quod, quicquid est quod cum altero potest allegari. Sic quod dicimus in loquendo, Consul fuit Tullius et Antonius : eodem illo et omnis binos consules colligare possumus, vel dicam amplius, omnia nomina, atque ideo etiam omnia verba ; cum fulmentum* ex una syllaba, illud *et*, maneat unum. Quare duce natura, *institutum est*, ut* quæ imposita essent vocabula rebus, ne ab omnibus his declinatus putarent.

— 11. Quorum generum declinationes oriuntur, partes orationis sunt duæ, si, item ut Dion, in tris divisoribus partes res, quæ verbis significantur : unam, quæ adsignificat cassus : alteram, quæ tempora : tertiam, quæ neutrum. De his Aristoteles orationis duas partes esse dicit, vocabula et verba, ut *homo* et *equos*, et *legit* et *currit*. — 12. Utriusque generis et vocabuli et verbi quedam priora, quedam posteriora ; priora, ut *homo*, *scribit*, posteriora, ut *doctus* et *docte* ; dicitur enim *homo doctus*, et *scribit docte*. Hæc sequitur et locus et tempus, quod neque *homo*, nec *scribit* potest sine loco et tempore esse : ita ut magis sit locus homini conjunctus, tempus scriptio. — 13. Quom de his nomen sit primum (prius enim nomen est, quam verbum temporale ; et reliqua posterius , quam nomen et verbum : prima igitur nomina) : quare de eorum declinatione, quam de verborum, ante dicam.

14. Nomina declinantur aut in earum rerum discrimina, quarum nomina sunt, ut a Terentius, *Terrenti*: aut in eas res extrinsecus, quarum ea nomina non sunt, ut ab equo *equiso*. In sua discrimina declinantur aut propter ipsius rei naturam, de quo dicitur, aut propter illius, qui dicit. Propter ipsius rei discrimina aut ab toto, *aut a parte. Ab toto*, ut ab homine *homunculus*, ab capite *capitulum*: propter multitudinem, ut ab homine *homines*; ab eo, quod alii dicunt, *cervices*, * id Ortensius in poematis *corvix*. — 15. Quæ a parte declinata, aut a corpore, ut a mamma *mammosæ*, a manu *manubria*: aut ab animo, ut a prudentia *prudens*, ab ingenio *ingeniosi*. Hæc sine agitationibus; at ubi motus majores, item ab animo, ut ab strenuitate et nobilitate, *strenui* et *nobiles*. Sic a pugnando et currendo *pugiles* et *cursores*. Ut aliæ declinationes ab animo, aliæ a corpore: sic aliæ, quæ extra hominem, ut *pecuniosi*, *agrarii*, quod foris pecunia et ager.

16. Propter eorum qui dicunt, sunt declinati *casus*, uti si qui de altero diceret, distinguere posset, quom vocaret, quom daret, quom accusaret: sic alia ejusdemmodi* discrimina, quæ nos et Græcos ad declinandum duxerunt. Sine controversia sunt quinque. Quis vocetur, ut *Hercules*; quemadmodum vocetur, ut *Hercule*; quo vocetur, ut ad *Herculem**; quo vocetur, ut *Herculi*; quojus vocetur, ut *Herculis*. — 17. Propter ea verba quæ erant proinde* cognominata, ut *prudens*, *candidus*, *strenuus*, quod in his præterea sunt discrimina propter incrementum, quod majus vel minus in his esse potest, accessit de-

dicta, ut a pecunia ;
ab urbanus, ab atro *atrus*); ut
omire locus, ab eo loco homo, ut
ia, ab Roma *Romanus*. — 19.
linata ea quæ foris; nam aliter qui a
, *Latonius* et *Priamidæ*: aliter qua
prædando *præda*, a merendo *merce*
quæ circum ire non difficile; sed quo
detur, et alia urgent, omitto.
verborum genere quæ tempora adsig
ea erant tria, præteritum, præsens, fi
natio facienda fuit triplex, ut *saluto*,
flutabo; quom item personarum nat
qui loqueretur, ad quem*, de quo : l
erbo declinata; quæ in copia verbor
rum dictum de duobus, declinatio* q
orma : tertium quod relinquitur, que
cetur. Declinationum genera si
m, et naturale. Voluntarium est
lit voluntas, declinatio.

communi consensu. Itaque omnes, impositis nominibus, eorum item declinant casus, atque eodem modo dicunt hujus Artemidori, et hujus Ionis, et hujus Ephesii : sic in casibus aliis. — 23. Cum utrumque nonnunquam accidat, et ut in voluntaria declinatione animadvertisatur natura, et in naturali voluntas (quæ quojusmodi sint, aperietur infra), quod utraque declinatione alia fiunt similia, alia dissimilia : de eo Græci Latinique libros fecerunt multos ; partim quom alii putarent in loquendo ea verba sequi oportere, quæ a similibus similiter essent declinata, quas appellarunt ἀναλογίας : alii cum id neglegendum putarent ac potius sequendam dissimilitudinem, quæ in consuetudine est, quam vocant ἀνωμαλίαν : cum, ut ego arbitror, utrumque sit nobis sequendum ; quod in declinatione voluntaria sit anomalia, in naturali magis analogia. — 24. De quibus utriusque generis declinationibus libros faciam bis termos : prioris tris de earum declinationum disciplina ; posterioris, ex ejus disciplinæ propaginibus. De prioribus primus erit hic : quæ contra similitudinem declinationum dicantur ; secundus, quæ contra dissimilitudinem ; tertius de similitudinum forma. De quibus quæ expediō, singulis tribus ; tum de alteris totidem scribere ac dividere incipiamus.

25. Incipiam, quod hujusce libri est, dicere contra eos qui similitudinem secuntur : quæ est, ut in ætate puer ad senem, puella ad anum, in verbis, ut est scribo scribam, dico dicam. Prius contra universam analogiam ; dein tum de singulis partibus a natura sermonis incipiam.

.. , et apertam consuetudinem
serantia loquentis ; et utrumque si-
logia : nihil ea opus est. Neque enim
n Herculis clavam dici oporteat, s
quom utrumque sit in consuetudi-
num, quod æque sunt et brevia et
rætere, quojus* utilitatis causa quæ-
ta, si ex ea quis id sit consecutus, a-
iri quom sit nimium otiosi, et cum ut-
ba ideo sint imposita rebus, ut ea signi-
sequimur una consuetudine, nihil pr

edit, quod, quæcumque usus causa ad
sumpta, in his necesse* utilitatem qua-
ilitudinem ; itaque in vestitu quom di-
virilis toga tunicae, muliebris stola pal-
tabilitatem hanc sequimur nihilo mi-
ficiis, quom non videamus habere ati-
væ similitudinem, et cubiculum ad e-
ropter utilitatem in his dissimili-
similitudines sequimur.

31. Quod si quis duplarem putat esse summam, ad quas metas nature sit pervenendum in usu, utilitatis et elegantiae; quod non solum vestiti esse voluntus ut vitemus frigus, sed etiam ut videamur vestiti esse honeste; non domum habere ut sinus in tecto et tuto solum, quo necessitas contruserit, sed etiam ubi voluptas retinere possit; non solum vasa ad victimum habilia, sed etiam figura bella atque ab artifice (quod aliud homini, aliud humanitati satis est; quodvis sicuti puculum homini idoneum, humanitati, nisi bellum, parum); sed cum discessum est ab utilitate ad voluptatem: tamen in eo ex dissimilitudine plus voluptatis, quam ex similitudine, saepe capitur. —

32. Quo nomine et gemina conclavia dissimiliter polunt*, et lectos non omnes paris magnitudine ac figura faciunt. Quod si esset analogia petenda supellecili, omnes lectos haberemus domi ad unam formam, et aut cum fulcro, aut sine eo, nec, cum ad tricliniare gradum, * item ad cubicularem: neque potius delectaremur supellecile, distincta quae esset ex ebore, aliquis rebus disparibus figuris, quam grabatis, qui ἀντὶ λόγον* ad similem formam plerunque eadem materia fiunt. Quare aut negandum, nobis disperita esse jucunda; aut quoniam necesse est considerari, dicendum, verborum dissimilitudinem quae sit in consuetudine, non esse vitandam.

33. Quod si analogia sequenda est nobis: aut ea nobis observanda est quae est in consuetudine, aut quae non est. Si ea quae est sequenda est: præceptis nihil opus est, quod, quom consuetudinem sequamur, ea nos sequetur; si, quae non est in consuetudine,

... reprenderem.

Secunda.

od si oportet ita esse, ut a similibus
declinentur verba, sequitur, ut ab c
milia debeat singi, quod non sit: n
alia fiunt similia, alia dissimilia; et
partim similia, partim dissimilia. Ab
lia, ut *a bono* et *malo*, *bonum*, *ma
is* dissimilia, ut ab *lupus*, *lepus*; *lupe*
tra ab dissimilibus dissimilia, ut *Pri
riamo*, *Pari*. Ab dissimilibus similia
ovis, et *Jovi*, *ovi*. — 35. Eo etiam ma
* non solum a similibus *dissimilia sing
am ab isdem vocabulis dissimilia; neq
is similia, sed etiam eadem ab dissimi
lis singi apparet; quod cum ducere sint
licuntur *Albani*, ab altera *Albense*
derint Athenæ, ab una dicti *Athen
enais*, a tertia *Athenæopolitæ*. —
verbis multa facta in declinando in
: ut quom dico ab *Saturni* *T
um*. *Omnia* *et*.

37. Denique si est analogia, quod in multis verbis est similitudo verborum : sequitur, quod in pluribus est dissimilitudo, ut non sit in sermone sequenda analogia. — 38. Postremo, si est in oratione, aut in omnibus ejus partibus est aut in aliqua^{*}; et in omnibus non est, in aliqua esse parum est, ut album esse *Æthiopam* non satis est quod habeat candidos dentes: non est ergo analogia.

39. Quom ab similibus verbis quæ declinantur, similia fore pollicentur qui analogias esse dicunt, et cum simile tum denique dicant esse verbo verbum, ex eodem si genere, eadem figura, transitum de cassu in cassum similiter, ostendi possit: qui hæc dicant, utrumque ignorant, et in quo loco similitudo debet esse, ei quemadmodum spectari solet, simile sit nec ne. Quæ cum ignorant, sequitur ut quom analogiam dicere non possint, sequi non* debeamus. — 40. Quærero enim, verbum utrum dicant vocem quæ ex syllabis conficta, eam quam audimus; an quod ea significat, quam intellegimus; an utrumque: Si vox voci esse debet similis, nibil refert, quod significat mas an femina sit: et utrum nomen an vocabulum sit, quod illi interesse dicunt. — 41. Sin illud quod significatur, debet esse simile, *Diona* et *Theona* quos dicunt esse pæne ipsi geminos, inveniuntur esse dissimiles. si alter erit puer, alter senex, aut unus albus, alter *Æthiops*; item aliqua re alia dissimile. Sin ex utraq[ue] parte debet verbum esse simile, non cito invenietur quin in altera utra re claudicet; nec *Perenna* et *Alphena* erit simile: quod alterum nomen virum, alterum mulierem significat. Quare

quoniam, ubi similitudo esse debeat, nequeunt ostendere, impudentes sunt qui dicunt esse analogias. — 42. Alterum illud quod dixi, quemadmodum simile spectari oporteret, ignorare appareat ex eorum præcepto, quod dicunt, quom transierit e nominandi casibus in eos quos appellant vocandi, tum denique posse dici rectos esse similis aut dissimilis; esset enim, ut si quis Menæchmos geminos quom videat, dicat non posse judicare similesne sint, nisi qui ex his sint nati, considerarit, num discrepant infer se. — 43. Nihil inquam, quo magis minusve sit simile, quod conferas cum altero, ad judicandum extrinsecus oportet sumi. Quare cum ignorent, quemadmodum similitudo debeat sumi, de analogia dicere non possunt. Hæc aperi-
tius dixissem nisi brevius eo nunc malleum, quod in-
fra sunt planius usurpanda. Quare quod ad universam
naturam verborum attinet, hæc attigisse modo satis
est.

44. Quod ad partis singulas orationis, deinceps di-
cam; quojus quoniam sunt divisiones plures, nunc
ponam potissimum jam qua dividitur. Oratio secunda
ut natura in quatuor partis: in eam, quæ habet ca-
sus; et quæ habet tempora; et quæ habet neutrum;
et in qua est utrumque. Has vocant quidam appellandi,
dicendi, adminiculandi, jungendi. Appellandi
dicitur, ut *homo* et *Nestor*: dicendi, ut *scribo* et
lego: jungendi, ut *et* et* *que*: adminiculandi, ut
doce et *commodo*.

45. Appellandi partes sunt quattuor, e quis dicta
a quibusdam provocacula, quæ sunt ut *quis*, *qua*:
vocabula, ut *scutum*, *gladium*: nomina, ut Romu-

lus, Remus : pronomina, ut *hic, hæc*. Duo media dicuntur nominatus : prima et extrema articuli. Primum genus est infinitum, secundum ut infinitum tertium ut effinitum, quartum finitum. — 46. Hæc singulatim triplicia esse debent quoad sexum, multitudinem, casum. Sexum, utrum virile an muliebre an neutrum sit, ut *doctus, docta, doctum*. Multitudinem, unum an plura significet, ut *hic, hi, hæc hæc*.* Casum, utrum recto sit, ut *Marcus*; an obliquo, ut *Marcus*; an commune, ut *Jovis*.

47. His discretis partibus singulas perspice, quam facilius nusquam esse analogias quas sequi debeamus videas. Nempe esse oportebat vocis formas ternas, ut in hoc, *humanus, humana, humanum*; sed habent quædam binas, ut *cervos, cerva*; quædam singulas, ut *aper*, et sic multa. Non ergo est in hujuscemodis generibus analogia. — 48. Et in multitudine ut unum significat *pater*, plures *patres*; sic omnia debuerint esse bina. Sed et singularia solum sunt multa, ut *cicer, siser*; nemo enim dicit cicera, sisera; et multitudinis sunt, ut *salinæ, balneæ**; non enim ab una singulari specie dicitur salina et balnea. Neque ab uno quod dicunt *balneum*, habet multitudinis consueto; nam, quod est ut prædium, balneum, debet esse plura, ut prædia, balnea, quod non est: non ergo in his quoque analogia. — 49. Alia casus haec et rectos et obliquos, alia rectos solum, alia obliquos. Habent utrosque, ut Juno, Junonis: modo, ut *Juppiter, Maspiter*: obliquos solu*Jovis, Jovem*; non ergo in his est analogia.

50. Nunc videamus * illa quadripartita. P



: analogia in infinieiteis^{*} articulis : ut est *quis*, *quojus*, sic diceretur qua, quam, quajus^{*}; et a *quis qui*, sic diceretur qua, quæ : nam est ratione simile, ut dea bonæ, quæ sunt, sic dea qua est ; et ut est *quem*, *quis* : sic quos, ques. e quod nunc dicitur, qui homines, dici oportuit . — 51. Præterea ut est ab *is ei* : sic ab ea cæretur, quod nunc dicitur *ei* ; pronuntiaretur ut in *viris*, sic eis mulieribus ; et ut est in rectis casibus *ea*, in obliquis esset ejus, eajus. Nunc non modo virili sicut in muliebri dicitur *eius*, sed etiam in articulis, ut *eius viri*, *eius mulieris*, *eius palli* : cum discriminentur in rectis casibus *is*, *ea*, *id*. hoc genere parcus attigi, quod librarios hæc spissiora indiligentes elaturos putavi.

52. De nominatibus quæ accedunt proxime ad initiam naturam articulorum atque appellantur vocabula ut *homo*, *equos* ; eorum declinationum genera ut quatuor : unum nominandi, ut ab equo *equile* : tertium casuale, ut ab equo *equom* : tertium augendi, ab albo, *albius* : quartum minuendi, ut a cista *stula*. — 53. Primum genus, ut dixi, id est, cum iqua parte orationis declinata sunt recto casu vocabula, ut a balneis *balneator*. Hoc fere triplices habet dices : quod et a vocabulo oritur, ut a venatore *venibulum* : et a nomine, ut a Tibure *Tiburs* : et a rbo, ut a currendo *cursor*. In nullo horum analogiam servari videbis. — 54. Primum cum dicatur ut *ove* et sue *ovile* et *stile*, sic a bove bovile non dicitur ; et cum simile sit avis et ovis, neque dicitur ut ave *aviarium*, ab *ove *oviarium*, neque ut *stile*

ovile, ab ave avile ; et cum debuerit esse, ut a cubatione *cubiculum*, sic a sessione sediculum, non est. — 55. Quoniam taberna ubi venit vinum, a vino *vinaria*, a creta *cretaria*, ab unguento *unguentaria* dicitur : ἀναλογικῶς si essent vocabula, ubi caro venit carnaria, ubi pelles pellaria, ubi calcei calcearia diceretur ; non *laniena* ac *pellesuina* et *sutrina*. Et sicut est ab uno *uni*, a tribus *trini*, a quattuor *quadri*, sic a duobus duini, non *bini* diceretur ; nec non ut *quadrigae*, *trigae*, sic potius duigae quam *bigae*. Per multa sunt hujusce generis, quae quoniam admonitus perspicere potest, omitto. — 56. Vocabula quae ab nominibus oriuntur, si ab similibus nominibus similia esse debent, dicemus, quoniam gemina sunt Parma, Alba, Roma, ut^{*} *Parmenses*, ^{*}Alber-
ses, Romenses^{*}; aut quoniam est similis Roma, Nola, Parma, dicemus ut *Romani*, *Nolani*, sic *Parmani* : et ut^{*} a Pergamo, ab Ilio similiter, *Pergamenus*, *Ilie-*
nus ; aut ut *Ilius*^{*} et *Ilia* mas et femina, sic *Pergamus* et *Pergama vir* et mulier. Et quoniam similia nomina sunt *Asia*, *Libya*, dicemus *Asiaticos* et *Libyaticos* homines.

57. Quae vocabula dicuntur a verbis^{*}, ut a scribendo *scriptor*, a legendo *lector*, haec quoque non servare similitudinem licet videre ex his : cum simili-
ter dicatur ut ab amando *amator*, et ab salutando
salutator et ab cantando *cantator* ; et cum dicatur lassus sum metendo, ferendo : ex his vocabula non reddunt proportionem, quo non sit, ut *messor*, et *fer-
tor*. Multa sunt item in hac specie, in quibus potius consuetudinem sequimur quam rationem verborum.

58. Præterea quom sint ab eadem origine verbo-
m vocabula dissimilia superiorum, quod simul ha-
bit casus et tempora, quo vocantur participia ; et
ulta sint contraria, ut amor amo, seco secor : ab
eo et ejusmodi omnibus verbis oriuntur præsens et
urum, ut *amans* et *amaturus* ; ab eis verbis ter-
m quod debet fangi præteriti, in lingua Latina re-
xiri non potest : non ergo est analogia. Sic ab amor,
or et ejusmodi verbis vocabulum ejus generis præ-
teri temporis fit, ut *amatus* eram, sum, ero ; neque
esentis et futuri ab his fit.—59. Non est ergo analogia
; præsertim cum tantus numerus vocabulorum in
genere interierit, quod dicimus in his verbis, que
contraria non habent, *loquor* et *venor* : tamen dici-
s loquens et *venans*, *locuturus* et *venaturus*,
ad secundum analogias non est : quoniam dicimus
vor et venor. Unde illa * superiora minus servan-
, quod * ex his, quæ contraria verba non habent,
efficiunt terna, ut ea quæ dixi, alia bina, ut ea
e dicam, *currens*, *ambulans*, *cursurus*, *ambu-
lurus* : tertia enim præteriti non sunt ut *cursus*
n, *ambulatus* sum. — 60. Ne in his quidem, quæ
ius quid fieri ostendunt, servatur analogia : nam
est a cantando *cantitans*. ab amando amitans non
et sic multa. Ut in his singularibus, sic in multi-
linis ; sicut enim *cantitantes*, seditantes non di-
itor.

61. Quoniam est vocabulorum genus quod appelle-
t compositum, et negant conferri id oportere cum
iplicibus de quibus adhuc dixi, de compositis se-
zatim dicam. Cum ab tibiis et capendo tibicines

dicantur, quærunt, si analogias sequi oporteat, cur non a cithara et psalterio et pandura, dicamus citharicen et sic alia. Si ab æde et tuendo * *reditumus* est, cur non ab atrio et tuendo* potius atritumus sit quam *atriensis*? Si ab avibus capiundis *auceps* dicatur, debuisse aiunt ex piscibus capiundis, ut *aucupem*, sic *piscipein* dici. — 62. Ubi lavetur *æs*, *ærarias*, non *ærelavinas* nominari ; et ubi fodiatur argentum, *argentifodinas* dici, neque ubi fodiatur ferrum, *ferrifodinas*. Qui lapides cädunt, *lapicidas* ; qui ligna, lignicidas non dici : neque ut *aurificem*, sic *argentificem* : non doctum dici *indoctum*, non salsum *insulsum*. Sic ab hoc quoque fonte quæ profluant, animadvertere est facile.

63. Relinquitur de casibus, in quo Aristarchei suos contendunt nervos. Primum si in his esset analogia, discant debuisse omnes nominatus et articulos habere totidem casus : nunc álios habere unum solum ut literas singulas omnes ; alios tris ut *prædium*, *prædii*, *prædio* ; alios quattuor ut *mel*, *mellis*, *melli*, *melle* ; alios quinque ut *Quintus*, *Quinti*, *Quinto*, *Quintum*, *Quinte* ; alios sex ut *unus*, *uni*, *unum*, *une*, *uno*. Non esse ergo in casibus analogias.

64. Secundo, quod Crates, quor quæ singulos habent casus ut literæ Græcæ, non dicantur alpha, alphati, alphatos ? Si idem mihi respondebitur quod Crateti, non esse vocabula nostra, sed penitus barbaræ ; quæram, quor idem nostra nomina et Persarum et cæterorum quos vocant barbaros, cum casibus dicant. — 65. Quare si esset analogia, aut, ut Pœn-

Egyptiorum vocabula, singulis casibus dicit pluribus, ut Gallorum ac ceterorum. Nam ab alauda *alaudas* et sic alia. Sin, quod scrilicant, quod Pœnicum sit, singulis casibus ideo eras Graecas nominari ; sic Graeci nostra senis, quinis non, dicere debebant : quod cum non sit, non est analogia.

Quæ si esset, negant ullum casum duobus mōlebusse dici, quod sit contra. Nam sine repre-
ione volgo alii dicunt in singulari hac *ovi* et *avi*,
hac *ove* et *ave*. In multitudinis hæ *puppis*, res-
et hæ *puppen*, *restes*. Item quod in patrico casu
genus dispariliter dicatur *civitatum*, *parentum*,
civitatum, *parentium* : in accusandi hos *mon-*
tes, et hos *montis*, *fontis*.

67. Item cum, si sit analogia, debeant a similibus
rbis similiter declinatis similia fieri, et id non fieri
tendi possit, despiciendam eam esse rationem. At
i ostenditur : nam quid potest similius esse quam
ns, *mens*, *dens*? quom horum casus patricus et
usativus in multitudine sint disparilis : nam a pri-
fit *gentium* et *gentis*, utrobiisque ut sit I : ab se-
ndo *mentium* et *mentes*, ut in priore solo sit I :
tertio *dentum* et *dentes*, ut in nentro sit I.—68.
item, quoniam simile est recto casu *sciurus**, *lu-*
s, *lepus*, rogant, quor non dicatur proportione
uro, *lupo*, *lepo*. Sin respondeatur, similia non esse,
od ea vocemus dissimiliter, *sciure*, *lupe*, *lepus*
ic enim respondere voluit Aristarchus Crateti ;
m cum scripsisset similia esse Philomedes, Heracli-
tes, *Melicerces*, dixit non esse similia ; in vocando

enim cum E brevi dici *Philomedes*, cum E longo *Heraclide*, cum A brevi *Melicerta*) : in hoc dicunt Aristarchum non intellexisse quod quæreretur, sic cum solverit. — 69. Si enim, ut quidque in obliquis casibus discrepavit, dicere potuit, propter eam rem rectos casus non esse similis : quom quæratur, duo inter se similia sint necne, non debere extrinsecus assumi cur similia sunt. — 70. Item si esset analogia, similiter, ut dicunt *aves*, *oves*, *sues*, dicerent item, ut ovium, avium, suiuni. Si analogia est, inquit, cur populus dicit *dii Penates*. *dii Consententes*? cum sit, ut hic reus, ferreus, deus, sic hi rei, ferrei, dei? — 71. Item quærunt, si sit analogia, cur appellant omnes aedes *deum Consentum* et non *deorum Consentium*? item quor dicatur mille *denarium*, non mille *denariorum*? est enim hoc vocabulum figura, ut *Vatinius*, *Manilius*, *denarius* : debet igitur dici, ut *Vatiniorum*, *Maniliorum*, *denariorum* : et non equum publicum mille *assarium* esse, sed mille *assariorum*; ab uno enim assario multi assarii, ab eo assariorum. — 72. Item secundum illorum rationem debemus secundis syllabis longis dicere *Hectorem*, *Nestorem*; est enim ut *Questor*, *Prætor*, *Nestor*; *Questorem*, *Prætorem*, *Nestorem*; *Quæstoris*, *Prætoris*, *Nestoris*. Et non debuit dici : *quibus das*, *his** das; est enim, ut *ei qui*, *his quis*; ac sicut *quibus hibus*. — 73. Quom dicatur : da patri *familiai*, si analogias sequi vellent, dicere non debuerunt hic *paterfamilias*, quod est ut *Atiniæ*, *Scatinia*, *familia*; sic una *Atinia*, *Scatinia*, *familia*. Item plures *patresfamilias* dicere non debuerunt, sed ut *Siscenna* scribit, *patres fami-*

... ^{... , ...}
convenient in obliquis casib
erint in rectis propinquioribus : nui
e, aliter dicere, pro Jovis Juppiter, pr
strus strues.

s dicam de altero genere vocabulorum
iones fiunt, ut *album*, *albius*, *albissi*
item analogias non servari appetet.
simile *salsum*, *caldum*, et dicatur ab
lius, *salsissimum*, *caldissimum* : de
iam simile est bonum, malum, ab his
s, *bonissimum* et *malissimum* : nonne
melius, optimum ? * malum, pejus
16. In aliis verbis nihil deest, ut *dul*
lulcissimus ; in aliis *primum*, *ut* *essimum* ; in aliis *medium*, *ut** *cæ*
sissimum. In aliis bina sunt quæ de
ce declinata, et ea ita, ut alias desint
um, ut in hoc *mane*, manius, ma
duo prima absint, ut ab *optimum*
lias ut *primum* et *tertium* desit, ut
melissimum.

candida, pauper paupera ; et ut dicimus **doctus docta**, doctissimus doctissima, sic diceremus **frugalissimus frugalissima**, frugis et fruga. — 78. Et si proportione essent verba, ut uno vocabulo dicimus virum et mulierem sapientem et diligentem, et sapientorem et diligentiorem, sic diceremus item, cum pervenissimus ad summum, quod nunc facimus aliter : nam virum dicimus **sapientissimum** et **diligentissimum** feminam **sapientissimam** et **diligentissimam**. Quod ad vocabulorum hujus generis exempla pertinet, multa sunt reliqua ; sed ea quae dicta, ad indicandum satis sunt, quod analogias in collatione verborum sequi non debemus.

79. Magnitudinis vocabula cum possint esse terna, ut *cista*, *cistula*, *cistella*, in aliis media* non sunt, ut in his macer, macrulus, macellus ; niger, nigriculus, nigellus. Item minima in quibusdam non sunt, ut avis, avicula, avicella : caput, capitulum, capitellum. In hoc genere vocabulorum quoniam multa desunt, dicendum, non esse in eo potius sequendam, quam consuetudinem, rationem. Quod ad vocabulorum genera quatuor pertinet, ut in hoc potius consuetudinem, quam analogias dominari facile animadverterit, dictum est.

80. Sequitur de nominibus, quae differunt a vocabulis, ideo quod sunt finita ac significant res proprias, ut *Paris*, *Helena*, quom vocabula sint infinita ac res communis designent, ut *vir*, *mulier*. E quibus sunt alia nomina ab nominibus, ut *Ilium* ab Ilo, et *Ilia* ab Ilio : alia a vocabulo, ut ab albo *Albius*, ab atro *Atrius*. In neutrī servata est analo-

a et cum sit a Romulo *Roma*, proportione quod debuit esse.

* * *

... Perperni filia, non Perpernae (Perperna mulieris nomen) esse debuit et nata esse a **no**, quod est ut Arvernus, Percenus, Perper Arverna, Percena, Perperna. Quod si Marcus **erna** virile est nomen et analogia sequenda, Lu Elia et Quintus Mutia virilia nomina esse debebat. Item quæ dicunt ab Rhodo, Andro, Cyzico, dius, Andrius, Cyzicenus, similiter Cyzicus dici bat*, et sic* civis unusquisque. Nam ut . . .

* * *

32. . . . Athenæus dicitur rhetor nomine, etsi non Atheniensis, in hoc ipso analogia non est : quod nomina habent ab oppidis ; alii aut non habent, non ut debent, habent. — **83.** Habent plerique rtini a municipio manumissi; in quo, ut sociat et fanorum servi, non servarunt proportione ram. Et Romanorum liberti debuerunt dici, ut a tentia Faventinus, ab Reate Reatinus, sic a Roma nanus. At nominantur libertini orti a publicis ser , Romanenses *, qui manumissi, ante quam sub jistratum nomina, qui eos liberarint, succedere ierint. — **84.** Hinc quoque illa nomina Lesas, nas, Carinas, Mæcenas : quæ cum essent ab loco, Urbinas (et tamen Urbinus), ab his debuerint dici iostorum nominum similitudinem. . . .

*Hic spatum IIII chartarum relictum erat
in exemplari.*

M. TERENTI VARRONIS

DE LINGUA LATINA

AD CICERONEM

LIBER NONUS.

Desunt quedam.

1 . . . nesciunt docere quam discere, quæ ignorant. In quo fuit Crates nobilis grammaticus, qui fretus Chrysippo homine acutissimo, qui reliquit sex libros περὶ ἀνωμαλίας, heis libris contra ἀναλογίαν atque Aristarchum est nixus, sed ita ut scripta indicant ejus, ut neutrius videatur pervidisse voluntatem; quod et Chrysippus de inæquabilitate cum scribit sermonis, propositum habet ostendere similes res dissimilibus verbis et dissimilibus similes esse vocabulis notatas (id quod est verum); et quod Aristarchus, de æquabilitate cum scribit et de verborum similitudine, quorundam inclinationes sequi jubet, quoad patiatur consuetudo.— 2. Sed ii qui in loquendo partim sequi jubent nos consuetudinem, partim rationem, non tam discrepant, quod consuetudo et analogia conjunctiores sunt inter se, quam iei credunt.

— 3. Quod est nata ex quadam consuetudine analogia , et ex hac * consuetudine item anomalia ; itaque* consuetudo ex dissimilibus et similibus verborum quod declinationibus constat : neque anomalia neque analogia est repudianda , nisi si non est homo ex anima , quod est homo ex corpore et anima . — 4. Sed ea , quæ dicam , quo facilius pervideri possint , prius de trinis copulis discernendum (nam * confusim ex utraque parte pleraque dicuntur , quorum alia ad aliam referri debent summam) : primum de copulis naturæ et usuis ; hæc enim duo sunt quæ exigunt diversa , quod alind est dicere verborum analogias , aliud dicere uti oportere analogis ; secundum de copulis multitudinis ac finis , utrum omnium verborum dicatur esse analogiarum * usus , an majoris partis ; tertium de copulis personarum , qui eis debent uti , quæ sunt plures . — 5. Alia enim populi universi , alia singulorum , et de ieiis non radem oratoris et poetæ , quod eorum non idem jus . Itaque populus universus debet in omnibus verbis uti analogia , et si perperam est consuetus , corriger se ipsum , quom orator non debet in omnibus uti , quod sine offensione non potest facere , cum poeta transilire lineas impune possint . — 6. Populus enim in sua potestate , singuli in illius ; itaque ut suam quisque consuetudinem , si mala est , corriger debet , sic populus suam . Ego populi consuetudinis non sum ut dominus , at ille mea est . Ut rationi obtemperare debet gubernator , gubernatori unusquisque in navi , sic populus rationi , nos singuli populo . Quare ad quancunque summam in dicendo referam , si animadvertes , intelliges , utrum dicatur

analogia esse , an uti * oportere ea; et quom posci-
tur , ut usus ad id quod * oporteret redigeretur, dici
id in populum aliter , ac * in eum qui sit in populo.

7. Nunc jam primum dicam pro universa analogia , cur non modo videatur esse reprehendenda , sed etiam quor in usu quodammodo sequenda. Secundo de singulis criminibus , quibus rebus possint , quæ dicta sunt contra , solvi , dicam ita , ut generatim comprehendam et ea quæ possunt dici , atque illic præterii.

8. Primum quod aient , qui bene loqui velit , consuetudinem sequi oportere , non rationem similitudinum , quod alterum si neglegat , sine offenditione facere non possit ; alterum si sequatur , quod sine reprehensione non sit futurum : errant ; quod qui in loquendo consuetudinem , qua oportet uti , sequitur* , eam sequitur* non sine * ratione. — 9. Nam vocabula ac verba , quæ declinamus similiter ac in consuetudine esse videmus , et ad eam conferimus , et si quid est erratum , non sine ea corrigimus. Nam ut , qui triclinium constrarunt si quem lectum de tribus unum imparem posuerunt , aut de paribus nimium aut parum produxerunt , una corrigimus et ad consuetudinem communem et ad aliorum tricliniorum analogias : sic si quis in oratione in pronuntiando ita declinat verba ut dicat disparia , quod peccat redigere debemus ad ceterorum similiūm verborum rationem.

10. Cum duo peccati genera sint declinationum — unum quod in consuetudinem perperam receptum est — alterum quod nondum est , et perperam dicatur unum dant non oportere dici , quod non* sit in co-

concedat;
et cuine ambulandi jam factus
ernis , si eum corrigi non concedat.
tur ut stulte faciant , qui pueris in
t serperastr , ut eorum depravata cc
im vituperandus non sit medicus , qu.
ala consuetudine ægrum in meliorem
e reprehendendus sit , qui orationem
propter malam consuetudinem tradit
? — 12. Pictores Apelles , Protogene
es egregii non reprehendundi , quod
n Miconos , Dioris , Arimnæ † , etiam
ion sunt seuti ; Aristophanes improb
otius in quibusdam veritatem quain c
secutus ? — 13. Quod si viri sapi
re militari et in aliis rebus multa cor
suetudinem cum essent usi , lauda
unt qui potiorem dicunt oportere
n ratione. — 14. An quom quis per
quid facere in civitate , non modo
tiam poena afficiemus : idem
uerit dicere .

a consuetudine, cum a cibo pristino in meliorem traducit; sic majoris in loquendo a minus commodis verbis ad ea quæ sunt cum ratione, modice traducere oportet. Cum sint in consuetudine contra rationem alia verba ita ut ea facile tolli possint, alia ut videantur esse fixa: quæ leviter hærent, ac sine offensione commutari possint, statim * ad rationem corrigi oportet; quæ tamen sunt ita, ut in praesentia corrigerne nequeas, quin ita dicas, his oportet, si possis, non uti: sic enim obsolescent, ac postea jaua obliterata facilius corrigi poterunt. — 17. Quas novas verbi declinationes ratione introductas respuet forum, his boni poetæ, maxime scænici, consuetudine subigere aureis populi debent, quod poetæ multum possunt in hoc; propter eos quædam verba in declinatione melius, quædam deterius dicuntur. Consuetudo loquendi est in motu; itaque solet fieri ex meliore deterior, *ex deteriore* melior. Ac verba perperam dicta apud antiquos aliquos propter poetas non modo nunc dicuntur recte, sed etiam quæ ratione dicta sunt tum, nunc perperam dicuntur.

18. Quare qui ad consuetudinem nos vocant, si ad rectam, sequemur; in eo quoque enim est analogia: si ad eam invitant quæ est depravata, nihilo magis sequemur quam *, nisi cum erit necesse, sequar in ceteris rebus mala exempla; nam ea quoque, cum aliqua vis urget, invit sequemur. Neque enim Lysippus artificum priorum potius est vitiosa seclusus quam artem. Si * sic populns facere debet; etiam singuli, sine offensione quod fiat populi.

19. Qui amissa non* modo querant, sed etiam

— 21. *nam*, vitare non debem
n vestimentis, ædificiis, supellectili
npedit vetus consuetudo. Quem eni
nis potius in pannis possessorem +
nova vestimenta traducit? An non s:
abrogatæ novis cedunt? — 21. Noni
mis vasorum recentibus ex Græcia
antiquæ consuetudinis sinorum et ca
es: his formis vocabulorum ut * coni
ollent, quas docuerit ratio præter cor
veterem? Et tantum inter duos se
olunt, ut oculis semper aliquas figu
novas conquirant, contra auris expe
— 22. Quotus quisque jam servos ha
nibus? quæ mulier suum instrument
auri veteribus vocabulis appellat? I
am irascendum, quam hujusce pra

usquequaquo non esset analogia, t
t in verbis quoque non ~~est~~
uequaque ~~ut~~ ...

polus superior abest * a septentrionali circulo * et
is ad solstitium , tantundem abest inferior ab eo
quem ἀνταρκτικὸν vocant astrologi , et is ad bruma-
lem? Non , quemadmodum quodque signum exor-
tum hoc anno , quotquotannis eodem modo exoritur?
— 25. Num aliter sol a bruma venit ad æquinoctium,
ac contra cum ab solsticio venit ad æquinoctialem cir-
culum , et inde ad brumam? Nonne luna , ut a sole
discedit ad aquilonem et inde redit in eandem viam:
sic inde fertur ad austrum et regreditur inde? Sed
quid plura de astris , ubi difficilius reperitur quid sit
aut siat in motibus dissimiliter ? — 26. At in mari,
credo , motus non habent similitudines geminas; qui
in XXIIII. horis lunaribus quotidie quater se mo-
tant; ac cum sex horis æstus creverunt , totidem de-
creverunt rursus idem ; itemque ab his. An hanc ana-
logiam ad diem servant , ad mensem non item ,
alios motus cum habeant * , sic item alios inter
se convenientes? de quibus in libro , quem de
æstuariis feci , scripsi. — 27. Non in terra in satio-
nibus servata analogia? nec quojusmodi in præterito
tempore fructuum genera reddidit , similia in præsenti
reddit? et quojusmodi tritico jacto reddidit segetes ,
sic ordeo sato proportione reddidit parilis? Non ut
Europa habet fluminis , lacus , montis , campos , sic
habet Asia? — 28. Non in volucribus generatim ser-
vatur analogia? non ex aquilis aquilæ , atque ut ex
turdis qui procreantur , turdi , sic ex reliquis sui quo-
jusque generis? An aliter hoc fit , quam in aere , in
aqua? non hic conchæ inter se generatim innumerabili
numero similes? non pisces? an e murena fit lupas

... et equa nas-
mus aut mula, ut ex equo et asina
Non sic ex viro et muliere omnis
pueri et puellæ? non horum ita in-
milia membra, ut separatim in suo
similitudine sint paria? Non, omnis
ia et corpore, partes quæque horum
les? — 30. Quid ergo cum omnes
sint divisa in octonas partis, eæ
portione similes? quinque quibus sen-
cogitamus, septuma qua progenie-
a voces mittimus? Igitur, quoniam
ationem, hanc quoque necesse est
logias; itaque habet.
s, ut Græci habeant eam quadri-
qua sit casus, alteram in qua tem-
neutrum, quartam in qua utrum-
? Evidit verba, nescis, ut apud
, alia non, sic utraque esse apud
em non dubito, quin animadver-
onumerabilem similitudinum nu-
temorum ^{est}

optando, quibus in interrogando, quibus in infectis rebus, quibus in perfectis, sic in aliis discriminibus?

33. Quare qui negant esse rationem analogiae, non vident naturam non solum orationis, sed etiam mundi; qui autem vident et sequi negant oportere, pugnant contra naturam, non contra analogiam: et pugnant volvillis, non gladio, cum pauca excepta verba ex pelago sermonis pulli minus trita afferant, quom dicant propterea analogias non esse; similiter ut si quis viderit mutilum bovem aut luscum hominem claudicantemque equum, neget in * bovem, horum et equorum natura similitudines proportionem constare.

34. Qui autem duo genera esse dicunt analogiae: unum naturale, quod ut ex lentibus * seminatis nascuntur lenti, sic ex lupinis * lupinum; alterum voluntarium ut in fabrica, cum vident scenam, ut in dexteriore parte sint ostia, sic esse in sinistriore simili ratione facta; de his duobus generibus naturalem esse analogian ut sit in motibus cœli, voluntariam non esse, quod ut quoique fabro lubitum sit, possit facere partis scenæ; sic in hominum partibus esse analogias, quod eas natura faciat, in verbis non esse, quod ei homines ad suam quisque voluntatem fingat; itaque de eisdem rebus alia verba habere Græcos, alia Syros, alia Latinos: ego declinatus verborum et voluntarios et naturaleis esse puto, voluntarios quibus homines vocabula imposuerint rebus quedam, ut ab Romulo *Roma*, ab Tibure *Tiburles*; naturales, ut ab impositis vocabulis que inclinantur in tempora aut in casus, ut ab Romulus * *Romulo*, *Romuli*,

*—ione, quom u
...o sint, et declinationes verbo
iles, dicendum est, esse in his ana
leo statim ea in omnibus verbis est sequ
qua perperam declinavit verba consue
ter* effiri non possint * sine offensione
hinc rationem verborum pratermitte
loquendi ratio.*

*Quod ad universam pertinet causam, cu
et sit in oratione et debeat observari et q
quoque, satis dictum. Quare quod sequ
us singulis, deinceps expediemus ac sing
quæ dicunt in analogias, solvemus. —
madvertito, natura quadruplicem esse si
quam in declinando accommodari debeat
od debeat subesse res quæ designetur;
in usu; et ut vecis natura ea sit, qu
avit, ut declinari possit; et similitu
ut sit ea, quæ ex se declinata genus pi
possit.—38. Quo neque a *terra* terr
ostulandum est, quod natura ^{ad}
rum maris ^{ad}*

collata quærendum solum, quid habeat in figura simile, sed etiam nonnunquam in eo, quem habeat effectum. Sic enim lana Gallicana et Appula videtur imperito similis propter speciem, cum peritus Appula emat pluris, quod in usu firmior sit. Hæc nunc strictim dicta, apertiora sient infra. Incipiam hinc.

40. Quod rogant, ex qua parte oporteat simile esse verbum, ab voce an significatione, respondemus a voce; sed tamen nonnunquam quærimus genere similiane sint, quæ significantur, ac nomen virile cum virili conserimus, feminæ cum muliebri, non quod id quod significant voces, commoveat; sed quod nonnunquam in re dissimili similis* figuræ formas, in re' simili imponunt dispariles, ut calcei muliebris sint an viriles, dicimus ad similitudinem figuræ; cum tamen sciamus nonnunquam et mulierem habere calceos viriles et virum muliebris. — 41. Sic dici virum *Perpennam*, ut *Alphenam*, muliebri forma; et contra *parietem*, ut *abielem*, esse forma similem, quam alterum vocabulum dicatur virile, alterum muliebre, et utrumque natura neutrum. Sic itaque ea virilia dicimus, non quæ virum significant, sed quibus proponimus hic et hi, et sic muliebria, in quibus dicere possimus hæc aut hæc. — 42. Quare nihil est, quod dicunt *Theona* et *Diona* non esse similis, si alter est *Æthiops*, alter *Gallus*, si analogia rerum dissimilitudines assumat ad discernendum vocis verhi figuræ.

43. Quod dicunt, simile sit necne nomen nomini, imprudenter Aristarchum præcipere, oportere speciare non solum ex recto, sed etiam ex eorum vocandi casu; esset enim deridiculum, si simileis inter se par-

— 1 —
— 2 —
— 3 —
— 4 —
— 5 —
— 6 —
— 7 —
— 8 —
— 9 —
— 10 —
— 11 —
— 12 —
— 13 —
— 14 —
— 15 —
— 16 —
— 17 —
— 18 —
— 19 —
— 20 —
— 21 —
— 22 —
— 23 —
— 24 —
— 25 —
— 26 —
— 27 —
— 28 —
— 29 —
— 30 —
— 31 —
— 32 —
— 33 —
— 34 —
— 35 —
— 36 —
— 37 —
— 38 —
— 39 —
— 40 —
— 41 —
— 42 —
— 43 —
— 44 —
— 45 —
— 46 —
— 47 —
— 48 —
— 49 —
— 50 —
— 51 —
— 52 —
— 53 —
— 54 —
— 55 —
— 56 —
— 57 —
— 58 —
— 59 —
— 60 —
— 61 —
— 62 —
— 63 —
— 64 —
— 65 —
— 66 —
— 67 —
— 68 —
— 69 —
— 70 —
— 71 —
— 72 —
— 73 —
— 74 —
— 75 —
— 76 —
— 77 —
— 78 —
— 79 —
— 80 —
— 81 —
— 82 —
— 83 —
— 84 —
— 85 —
— 86 —
— 87 —
— 88 —
— 89 —
— 90 —
— 91 —
— 92 —
— 93 —
— 94 —
— 95 —
— 96 —
— 97 —
— 98 —
— 99 —
— 100 —

— 44. Quid s.
ur quam in his est extrema litera X *cruz*
is qui audit voces, auribus discernere pot
erit easdem non esse similes ex aliis
egamus, quod, cum sit crucis et Phrygii
extremis syllabis exemptum sit E, ex
ex G et S *cruz*, ex altero G et S Phrygii;
apparet, cum est demptum S; nam fit
alterum Phrygi.

aiunt, cum in majore parte orationis
litudo, non esse analogia, dupliciter
quod et in majore parte est, et, si in mi-
en sit*, nisi etiam nos calceos negabunt
in majore parte corporis calceos non

dicunt, nos sequi dissimilitudinem,
itu, in supellectile delectari varietate,
ubuculis uxoris : respondeo, si varie-
magis varium esse, in quo alia sunt
on sunt : itaque sicut abacum argenteum

de quo dicitur. De homine dicimus enim , hic homo nihil est , et hujus hominis nihil , et hunc hominem nihil. Si in illo commutaremus , diceremus , ut hoc linum et libum , sic nihilum , non hic nihil , et ut^{*} huic lino et libo , sic nihilo , non huic nihil. Potest dici patricus casus , ut ei præponantur prænomena plura , ut hic casus Terentii , hunc casum Terentii ; hic miles legionis , hujus militis legionis , hunc militem legionis.

55. Negant , cum omnis natura sit aut mas aut feminina aut neutrum , non * debuisse ex singulis vocibus ternas vocabulorum figuras fieri , ut *albus* , *alba* , *album* ; nunc fieri in multis rebus binas , ut *Metellus Metella* , *Ennius Ennia* ; nonnullis singula , ut *tragœdia* , *comœdia* ; sic esse *Marcum* , *Numerium* , at *Marcam* , at *Numeriam* non esse ; dici *corvum* , *turdum* , non dici *corvam* , *turdam* ; contra dici *pantheram* , *merulam* , non dici *pantherum* , *merulum*. Nullius nostrum filium et filiam non apte discerni marrem ac feminam , ut Terentium et Terentiam ; contra deorum liberos et servorum non itidem , ut Jovis filium et filiam Jovem et Jovam : item magnum numerum vocabulorum in hoc genere non servare analogias . — 56. Ad hæc dicimus , omnis orationis , quamvis res natura subsit , tamen si ea in usum non pervenerit , eo non pervenire verba : ideo *equos* dicitur et *equa* ; in usu enim horum discrimina : corvos et corva non , quod sine usu id , quod dissimilis natura. Itaque quædam aliter olim ac nunc : nam erat * cum omnes mares et feminae dicebantur *columbae* . quod non erant in eo usu domestico quo nunc ; nunc *

doctrina enim per tria i
st et usus docuit discriminare do
nibus et in his marem ac feminam.
et neutro neque natura maris trans
neque neutra ; et ideo non dicitur f
feminum, sic reliqua ; itaque singula
vocabulis appellati sunt.—58. Quare
non subest similis natura aut usus, in
ujuscemodi ratio quæri non debet. Erg
urdus vir, *surda* mulier, *surdum* theat
res tres res * ad auditum sunt compa
no dicit cubiculum surdum, quod id *
non ad auditum ; at si fenestram non ha
cum , ut cæcus et cæca ; quod omnia
e. debent.—59. Mas et femina habent
uandam societatem : * contra nullam
bent societatem * neutra cum his ,
iversa inter se , quodque de his perp
beant quandam communitatem. D
quod non item ut libera nocte
est causa : *modus*

ad usum singularia, quibus discernentur nomina gentilicia; ut ab numero *Secunda*, *Tertia*, *Quarta*; in viris ut *Quintus*, *Sextus*, *Decimus*, sic ab aliis rebus. Cum essent duo Terentii aut plures, discernendi causa, ut aliquid singulare haberent, notabant: forsitan ab eo, qui mane natus esset*, ut is *Manius* diceretur*; qui luci, *Lucius*; qui post patris mortem, *Postumus*. — 61. E quibus, cum item accidisset feminis, proportione ita appellata declinarant prænomina mulierum antiqui, *Maria*, *Lucia*, *Postuma*. Videmus enim Maniam matrem Larum dici; Lucianam Volaminium Saliorum carminibus appellari; Postumam a multis post patris mortem etiam nunc appellari. — 62. Quare quoquaque progressa est natura, cum usu vocabuli similiter proportione propagata est analogia; cum, in quibus declinationibus voluntariis maris et feminæ et neutra quæ voluntaria, non debeat similiter declinari, sed, in quibus naturales sint declinatus, hi qui esse reperiuntur. Quocirca in tribus generibus nominum inique tollunt analogias.

63. Qui autem eas reprehendunt, quod alia vocabula singularia sint solum ut *cicer*, alia multitudinis solum ut *scalæ*, cum debuerint omnia esse duplicita ut *equos*, *equi*, analogia fundamentum esse obliuiscuntur naturam et usum. Singulare est, quod natura unum significat ut equos, aut quod conjuncta quodammodo ad unum usum ut bigæ: itaque ut* dicimus *una Musa*, sic dicimus *unæ bigæ*. — 64. Multitudinis vocabula sunt unum infinitum ut *Musæ*, alterum finitum ut duo, tres, quatuor; dicimus enim ut

... *teruum quoque genus*
a multitudine, ut *uter* : in quo multitu
utræ. Inde uter poeta singulari, utri
nis est. Qua explicata natura, appare
anis vocabula multitudinis habere par
mores enim numeri a duobus susum v
nis sunt, neque eorum quisquam habere
are compar. Injuria igitur postulant, si
laria, oportere habere multitudinis. —
eprehendunt, quod non dicatur ut *ungi*
enta, vinum vina, sic acetum aceta,
faciunt imperite, qui ibi desiderant mu
tabulum, qua sub mensuram ac pond
n sub numerum succedunt ; nam in pli
rgento, cum incrementum accessit, di
um oleum, sic multum plumbum, arge
multa olea, plumbia, argenta : quom q
it, dicamus *plumbæ et argentea* (ali
argentum ; nam id tum cum jam vas ; a
m, si pocillum aut quid item) ; quod p
a multa, non quod *argentum*

guenta, quo nunc genera aliquot. Si item discriminia magna essent olei et aceti et sic ceterarum rerum ejusmodi in usu communi, dicerentur sic olea, ut vina. Quare in utraque denique re scindere conantur analogiam, et quom in dissimili usu similia vocabula querunt, et quom item ea quæ metimur, atque ea quæ numeramus, dici putant oportere. — 68. Item reprehendunt analogias, quod dicantur multitudinis nomine publicæ *balneæ*, non balnea, contra quod privati dicant unum balneum, quod plura balnea non* dicant: *idemque item contra*, quod *scalæ* et *aquaæ caldæ* pleraque* multitudinis vocabulis sint appellata, neque eorum singularia in usum venerint. *Quibus responderi potest, non esse reprehendendum; quod* primum balneum (nomen ut Græcum introit in urbem) publice ibi consedit, ubi bina essent conjuncta ædificia lavandi causa; unum ubi viri, alterum ubi mulieres lavarentur: ab eadem ratione domi suæ quisque, ubi lavatur, balneum dixerunt; et quod non erant duo, balnea dicere non consuerunt, cum hoc antiqui non balneum, sed *lavatrinam* appellare consuissent. — 69. Sic aquæ caldæ, ab loco et aqua quæ ibi scateret, cum ut colerentur venisset in usum nostris, cum aliae ad alium morbum idoneæ essent, eæ cum plures essent, ut Puteolis et in Tuscis, quibus utebantur, multitudinis potius, quam singulari vocabulo appellarentur. Sic scalas, quod ab scandendo dicantur et singulos gradus scanderent, magis erat quærendum, si appellassent singulari vocabulo scalam, cum origo nominatus ostenderet contra.

70. Item reprehendunt de casibus, quod quidam

nominatus habent rectos, quidam obliquos : quod dicunt utrosque in vocibus oportere. Quibus idem responderi potest, in quibus usus aut natura non subsit, ibi non esse analogiam ; . . .

* * *

— 71. . . . sed nec in vocabulis quæ declinantur, si transeunt e recto casu in rectum casum, quæ tamen fere non discedunt ab ratione sine justa causa, ut hi, qui gladiatores *Faustini*; nam quod plerique dicuntur, ut trix extreinas syllabas habeant easdem, *Casselliani*, *Aquiliani*, *Cæciliari*, animadvertant, unde oriuntur, nomina dissimilia *Cassellius*, *Cæcius*, *Aquilius*, * *Faustus*; quod si esset* *Faustius*, recte dicerent *Faustianos*; sic a Scipione quidam male dicunt *Scipioninos*; nam est *Scipionarios*. Sed ut dixi, quod ab hujuscemodi cognominibus raro declinantur cognomina, neque in usum etiam perducta, natant quædam

* * *

72. Item dicunt, cum sit simile stultus, luscus, et dicatur *stultus*, *stultior*, *stultissimus*, non dici *lucus*, *luscior*, *luscissimus*, sic in hoc genere multa. Ad quæ dico, ideo fieri, quod natura nemo lusco magis sit lucus, cum stultior fieri videatur.

73. Quod rogant, quorū non dicamus *mane*, *magis*, manissime, item de vesperi : in tempore vere magis et minus esse non potest, ante et post potest; itaque prius est hora prima quam secunda, noui magis hora; sed magis mane surgere tamen dicitur, qui primo mane surgit, quam qui non primo. At enim dies non potest esse magis, quam mane; itaque ipsum

hoc quod dicitur magis, sibi non constat, quod magis
mane significat primum mane, magis vespere novissi-
mum vesper.

74. Item ab hujuscemodi similitudinibus repre-
henditur analogia, quod, cum sit anus, cadus simile,
et sit ab anu *anicula*, *anicilla*, a cado duo reliqua⁺
non sint propagata; sic non dicatur a piscina, pisci-
nula, piscinilla. Ad hujuscemodi vocabula analogias
esse, ut dixi, ubi magnitudo animadvertisit sit in
unoquoque gradu, eaque sit in usu communi, ut est
cista, *cistula*, *cistella*, et *canis*, *catulus*, *catellus*;
quod in pecoris usu non est. Itaque consuetudo, fre-
quentius res in binas dividi parteis ut majus et mi-
nus, ut *lectus* et *lectulus*, *arca* et *arcula*, sic alia.

75. Quod dicunt, casus alia non habere rectos, alia
obliquos et ideo non esse analogias, falsum est. Ne-
gant habere rectos, ut in hoc *frugis*, *frugi*, *frugem*,
item *colis*, *coli*, *colem*^{*}, obliquos non habere, ut in
hoc *Diespiter*, *Diespitri*, *Diespitrem*, *Maspiter*,
Maspitri, *Maspitrem*. — 76. Ad hæc respondeo et
priora habere nominandi et posteriora obliquos. Nam
et frugi rectus est natura frux, at secundum consue-
tudinem dicimus ut hæc avis, hæc ovis, sic hæc fru-
gis. Sic secundum naturam nominandi est casus colis,
secundum consuetudinem colis, cum utrumque con-
veniat ad analogiam, quod et id quod in consuetudine
non est, cuiusmodi debeat esse apparent, et quod est in
consuetudine nunc in recto casu, eadem est analogia
ac pleraque, quæ ex multitudine cum transeunt in
singulare, difficulter efferuntur ore. Sic cum transi-
retur ex eo quod dicebatur hæc oves, una non est dicta

I
i
a
E
P
i
s
—
h
a
t
D
A
C
r
si
P
ii
a
it

..... quod nihil est
iam tam casus, qui non tritus est, q
sto in casuum serie alia vocabula
iandi, alia de obliquis aliquem : ni
minus siet ratio, percellere poterit
8. Nam ut signa quae non habent ca
n partem, nihilominus in reliquis m
possunt analogiae : sic in vocabulis c
em fieri, ac reponi quod aberit, ubi p
consuetudo, quod nonnunquam apud
factum, ut in hoc apud Nævium in

sepulta lœtus in patriam redux.

reprehendunt, quod dicatur hæc str
s, hic homo; debuisse enim dici, si
Hercul, hæc strus, hic homon. Hæ
analogian non esse, sed obliquos c
caput ex sua analogia ; nam ut s
tua imposueris caput Philippi, mei
rationem, si et ad Alexan

bus alii extremum US, alii EI faciunt. Id est falsum : nam debent dici E et I : *fici* ut nummi, quod est ut* numinorum *ficorum* : si essent plures ficos, essent ut manus ; diceremus ut manibus, sic ficibus, et ut manuum, sic ficuum ; neque has ficos diceremus, sed ficos, ut non manus appellamus, sed *manus ; nec* consuetudo diceret singularis obliquos casus hujus fici, neque hac fico, ut non dicit hujus mani, sed hujus manus, et hac mano, sed hac manu.

81. Etiam illud putant esse causæ, quorū non sit analogia, quod Lucilius scribit :

Decussi sive decussibus est.*

Qui errant, quod Lucilius non debuit dubitare, quod utrumque ; nam in ære usque ab asse ad centassis numerus æs adsignificat, et ejus numero finiti casus omnis a dupondio sunt, quod dicitur a multis duobus modis hic *dupondius* et hoc *dupondium*, ut hoc *gladium* et hic *gladius* ; ab tressibus virilia multitudinis hi *tresses* et his *tressibus*, cum siet* singulare hic *tressis* et ab eo hoc *tressi*, et cum siet* sic deinceps ad centassis. Deinde numerus æs non significat — 82. Numeri qui æs non significant, usque a quatuor ad centum, triplicis habent formas, quod dicuntur hi *quatuor*, hæc *quatuor*, hæc *quatuor* ; quom per centum est ad miliarium, assumit singulare neutrum, quod dicitur hoc *mille* denarium, a quo multitudinis fit *milia* denaria. — 83. Quare quoniam, ad analogias quod pertineat, non est ut omnia similia dicantur, sed ut in suo quæque genere similiter declinentur : stulte querunt, quorū as et *dupondius* et *tres-*

bra, et mille aeris legasse. — 84.
tressis usque ad centussis numeri
compositi, ejusdemmodi hal-ent si-
pondius quod dissimilis est, ut de-
habet rationem. Sic as, quoniam
incipium, et unum significat et mul-
tensem* infinitum; dicimus enim
inimus, dicimus dupondius et tressis
15. Sic videtur mihi, quoniam fini-
bate dissimilitudinem, non debere
ci : eo magis, quod in ipsis vocali-
certus numerus in miliariis, aliter
dicitur; nam sic loquuntur: *hoc*
non hoc mille denarii, et hæc duo
ion duo milia denarii. Si esset de-
u atque infinitam multitudinem si-
patrico denariorum dici oportebat,
enariis, victoriatis, drachmis, num-
viris idem servari oporteret, quo
fuisse *triumvirum, decemvirum,*
*

ria : sic ab octonaria et deorsum versus ad singularia perveniunt. — 87. Actus primus est ab uno ad nongenta, secundus a mille ad nongenta milia ; quod idem valebat unum et mille, utrumque singulari nomine appellatur ; nam ut dicitur *hoc unum, hæc duo**, sic *hoc mille, hæc duo* milia*, et sic deinceps multitudinis in duobus actibus reliqui omnes item numeri. Gradus singularis est in utroque actu ab uno ad novem, denarius gradus a decem ad nonaginta, centenarius a centum ad nongenta. Ita tribus gradibus sex decuriae fiunt, tres miliariae, et tres minores. Antiqui his numeris fuerunt contenti. — 88. Ad hos tertium et quartum actum ab deciens minorem, *a deciens miliens majorem addentes*, imposuerunt vocabula ; neque ratione, sed tamen non contra eam, de qua scribimus, analogiam. Nam deciens cum dicatur *hoc deciens*, ut mille *hoc mille*, ut sit utrumque sine casibus vocis, dicemus ut *hoc mille*, *hujus mille*, sic *hoc deciens*, *hujus deciens*, neque eo minus in altero, quod est mille, præponemus *hi mille*, *horum mille*.

* * *

89. Quoniam in eo est nomen commune, quam vocant δμωνυμίαν, obliqui casus ab eodem capite, ubi erit δμωνυμία, *quo minus dissimiles fiant, analogia non prohibet. Itaque dicimus hic *Argus*, cum hominem dicimus, cum oppidum, Græcanice hoc *Argos*, cum Latine *Argei*. Item faciemus, si eadem vox nomen et verbum significabit, ut et in casus et in tempora dispariliter declinetur, ut faciamus a *Meto*, quod

*Alcæus et Al
n, Geryoneus, Geryones* : in hoc
casus perperam permuntant quidam, no
n analogian, sed qui eis utuntur imperit
caput præhenderit, sequi debet ejus
casus in declinando, ac non facere
recto casu *Alcæus*, in obliquis dicere *A
lonem* : quod si miscuerit, *non secur
as.

Reprehendunt Aristarchum, quod hæc n
tes et *Philomedes* similia neget esse,
casus habet alter *Melicerta*, alter Phi
qui dicat *lepus* et *lupus* non esse si
erius vocandi casus sit lupe, alterius le
, *macer*, quod in transitu fiat ab alteri
soceri, ab altero bisyllabum macri. —
tsi supra responsum est, cum dixi de l
e amplius adiciam, similia non solum a
etiam ab aliqua conjuncta vi et potes
ilis et auribus latere soleant ; itaque
ne mala negamus esse similia
sic eques.

pullos, ut in pomis, quo sint succo. Si igitur idem sequitur in similitudine verborum quis, reprehendendum non est. — 94. Quare dissimilitudinum discernendarum causa nonnunquam ut pronomen assumitur, sic casum aliquem assumi. Ut in his nemus, lepus, *hic lepus, hoc nemus* : ita discedunt ac dicuntur *hi lepores, haec nemora*. Sic aliud si quid assumptum erit extrinsecus, quo similitudo penitus perspicere possit : non erit remotum a natura, neque enim magnetas lapides duo, inter se similes sint necne, perspicere possis, nisi minutum extrinsecus prope apposueris ferrum, quod similes lapides similiter ducunt, dissimiliter dissimiles.

95. Quod ad nominatum analogian pertinet, ita delibatum* arbitror, ut omnia quae dicuntur contra, ad respondendum ab his fontibus sumi possint. Quod ad verborum temporalium rationem attinet, cum partes sint quatuor, temporum, personarum, generum, divisionum, ex omni parte quoniam reprehendunt, ad singula respondebo.

96. Primum quod aiunt analogias non servari in temporibus, cum dicant *legi, lego, legam* et sic similiter alia ; nam quae sint ut legi perfectum significare, duo reliqua *lego* et *legam** inchoatum : injuria reprehendunt. Nam ex eodem genere et ex divisione idem verbum, quod sumptum est, per tempora traduci potest, ut *discebam, disco, discam*, et eadem perfecti, sic *didiceram, didici, didicero*. Ex quo licet scire verborum rationem constare, sed eos qui trium temporum verba pronuntiare velint, scienter id facere. — 97. Item illud* reprehendunt, quod di-

; nam infectā omnia sunt, et perfecta duplicita inter se verbis, ut hæc : *amabar*, *amor*, **eram*, *sum**, *ero*. — 98. Quare in uno, feriam, percussi, quod est ordo : *triebam* ; *percussi*, *percussero**, *pungam* deinceps in reliquis temporibus responderi potest.—99. Similiter errant utraque parte verba omnia commutari tere, aut nullum in his : pungo, pungan do, tundam, tutudi ; dissimilia enim non infecti cumperfectis. Quod si infecta sunt, omnia verbi principia incommutabilia ut in his, *pungebam*, *pungo*, *pungan* do, utraque parte commutabilia, si perfecta *pupugeram*, *pupugi*, *pupugero*. — Conferunt : fui, sum, ero, quod fui est unus series sibi, ut debet, in omnibus quod est fueram, fui, fuero ; deinde nunc dicitur, olim dicebatur esum, onis constabat, quod

beant tempora, ternas personas : non habeant totidem verborum divisiones : quare cum imperamus, natura quod infecta verba solum habet, cum et præsenti et absenti imperamus, fiunt terna, ut *lege*, *legito*, *legat* ; perfectum enim imperat nemo : contra quæ sunt indicandi*, ut *lego*, *legis*, *legit*, novena fiunt verba infecti, novena perfecti. — 102. Quocirca non si genus cum genere discrepat, sed in suo quojusque genere si quid deest, requirendum. Ad hæc addita si erunt ea quæ de nominatibus supra sunt dicta, facilius omnia solventur. Nam ut illic externi caput rectus casus, sic hic in forma est persona ejus qui loquitur, et tempus præsens, ut scribo, lego. — 103. Quare ut illic fit, si hic item acciderit in formula, ut aut caput non sit, aut ex alieno genere sit proportione : eadem, quæ illic diximus, quor nihil hominis servetur analogia ; item, sicut illic, caput suum habebit, et in obliquis casibus transitio erit in aliam quam^{*} formulam, quæ assumpta, reliqua facilius possint videri verba unde sint declinata ; fit enim, ut rectus nonnunquam sit ambiguus, ut in hoc verbo *volo*, quod id duo significat, unum a voluntate, alterum a volando. Itaque a *volo* intellegimus et volare et velle.

104. Quidam reprehendunt, quod *pluit* et *luit* dicamus in præterito et præsenti tempore, cum analogiæ sui quojusque temporis verba debeant discriminare. Falluntur ; nam est ac putant aliter, quod in præteritis U dicimus longum, *pluit*, *luit* ; in præsenti breve *pluit*, *luit* ; ideoque in Venditionis lege fundi *ruta cæsa* ita dicimus, ut U producamus.

105. Item reprehendunt quidam, quod putant

^{non} convenient. — 10
1 cum dicit :

*is ego credo, qui usque dum vivunt
minus lavari, quam haec lavat Phron*

int lavari non convenit, ut I sit postr
: ad lavantur analogia lavari reddit.
ut librarii mendum si est, non ideo an
scripsit, est reprehendendus. Omnino
lavantur dicitur separatim recte in reb
l puerum nutrix lavat, puer a nutrice
in balneis et lavamus et lavamur. —
etudo alterum utrum cum satis habere
re potius utitur *lavamur*, in partibus l
d dicimus lavo manus, sic pedes et cæ
alneis non recte dicunt : lavi ; lavi ma
quoniam in balneis *lavor*, *lavatus* :
it contra quoniam est *soleo*, oporteat
ato et Ennius scribit, non ut dicit vo
, debere dici ; neane ~~pro~~

cantur, ut in Myrmecidis operibus minutis solet fieri. Igitur in verbis temporalibus quom similitudo s^epe sit confusa, ut discerni nequeat, nisi transieris in aliam personam aut in tempus : quae proposita sunt, non esse similia intellegitur, cum transitum est in secundam personam; quod alterum est *dolas*, alterum *colis*. — 109. Itaque in reliqua forma verborum suam utrumque sequitur formam. Utrum in secunda forma verbum temporale habeat in extrema syllaba AS an IS, *ad discernendas dissimilitudines interest ; quo circ^a ibi potius index analogie, quam in prima, quod ibi obstrusa est dissimilitudo, ut appareat in his : *meo*, *neo*, *ruo* ; ab his enim dissimilia fiunt transitu, quod sic dicuntur : *meo*, *meas* ; *neo*, *nes* ; *ruo*, *ruis* ; quorum unumquodque suam conservat similitudinis formam.

110. Analogian item de his quæ appellantur participia, reprehendunt multa injuria ; nam non debent dici terna ab singulis verbis : *amaturus*, *amans*, *amatus*, quod est ab amo, amans et amaturus, ab amor amatus. Illud, analogia quod præstare debet, in suo quidque genere habet casus, ut amatus, amato, et amati, amatis ; et sic in mulieribus amata et amatæ : item amaturus ejusdemmodi habet declinationes, amans paulo aliter ; quod hoc genus omnia sunt in suo genere similia proportione, sic virilia et muliebria sunt eadem.

111. De eo, quod in priore libro extremum est, ideo non esse analogian, quod qui de ea scripserint, aut inter se non convenient, aut in quibus convenient, ea cum consuetudine discrepent : amovebis* utrum-

que. Sic enim omnis repudiandum erit artis, quod et in medicina et in musica et in aliis multis discrepant scriptores ; item in quibus convenient, *scriptis * etiam repugnat* natura ; quod ita, ut dicitur, non sit *ars*, sed artifex reprehendens, qui debet in scribendo non vidisse verum, non ideo non posse scribi verum. — 112. Qui dicit hoc *monti* et hoc *fonte*, sic alia quæ duobus modis dicuntur, cum alterum sit verum, alterum falsum : non uter peccat tollit analogias, sed uter recte dicit, confirmat : et quemadmodum is qui *peccat in his verbis, ubi duobus modis dicuntur, non tollit rationem, cum sequitur falsum : sic etiam in his quæ non duobus dicuntur, si quis aliter putat dici oportere atque oportet, non scientiam tollit orationis, sed suam inscientiam denudat.

113. Quibus rebus solvi arbitraremur posse quæ dicta sunt priori libro contra analogian, ut potui, brevi percurre. Ex quibus si id confecissent, quod volunt, ut in lingua Latina esset anomalia, tamen nihil egissent ideo, quod in omnibus partibus mundi utraque natura inest ; quod alia inter se similia*, alia dissimilia* sunt. Sicut in animalibus dissimilia sunt, ut equos, bos, ovis, homo, item alia : et in unoquoque horum generi inter se similia innumerabilia. Item in piscibus dissimilis natura muræna lupo, is soleæ, hæc muræna et mustellæ, sic aliis, ut major ille numerus sit similitudinum earum, quæ sunt separatim in murænis, separatim in asellis, sic in generibus aliis. — 114. Quare cum in declinationibus verborum numerus sit magnus a dissimilibus verbis ortus, quod

etiam vel major est in quibus similitudines reperiuntur : confitendum est esse analogias. Itemque cum ea non multo minus, quam in omnibus verbis, patiatur uti consuetudo communis : fatendum illud, quoque modo analogian sequi nos debere universos, singulos autem , præterquam in quibus verbis offensura sit consuetudo communis, quod, ut dixi, aliud debet præstare populus, aliud e populo singuli homines. — 115. Neque id mirum est, cum singuli quoque non sint eodem jure ; nam liberius potest poeta, quam orator, sequi analogias. Quare cum hic liber id, quod pollicitus est demonstraturus, absolverit, faciam finem ; proxumo deinceps de declinatorum verborum forma scribam.

M. TERENTI VARRONIS

DE LINGUA LATINA

AD CICERONEM

LIBER DECIMUS.

1. In verborum declinationibus disciplina loquendi dissimilitudinem an similitudinem sequi deberet, multi quæsierunt. Cum ab his ratio quæ ab similitudine oriretur, vocaretur analogia, reliqua pars appellaretur anomalia; (de qua re primo libro, quæ dicentur, quor dissimilitudinem ducem haberi oportet, dixi ; secundo contra quæ dicentur, quor potius similitudinem conveniret præponi) : quarum rerum quod nec fundamenta, ut debuit, posita ab ullo, neque ordo ac natura ut res postulat explicita, ipse ejus rei formam exponam. — 2. Dicam de quatuor rebus, quæ continentur declinationibus verborum, quid sit simile ac dissimile, quid ratio quam appellant λόγον, quid proportione quod dicunt ἀνάλογον, quid consuetudo : quæ explicatae declarabunt ἀνάλογαν et ἀνωματίαν, unde sit, quid sit, quojusmodi sit.

3. De similitudine et dissimilitudine ideo primum

dicendum, quod ea res est fundamentum omnium declinationum ac continet rationem verborum. Simile est, quod res plerasque habere videtur easdem, quas illud quojus quid simile. Dissimile est, quod videtur esse contrarium hujus. Minimum ex duobus constat omne simile, item dissimile, quod nihil potest esse simile, quin alicujus sit simile, item nihil dicitur dissimile, quin addatur, quojus sit dissimile. — 4. Sic dicitur similis homo homini, equos equo, et dissimilis homo equo; nam simile est homo homini, ideo quod easdem figuræ membrorum habent, quæ eos dividunt ab reliquo animalium specie: in ipsis hominibus simili de causa vir viro similius, quam vir mulier, quod pluris habent easdem partis; et sic senior semper similius, quam puer. Eo porro similiores sunt, qui facie quoque pene eadem, habitu corporis et filo. Itaque qui plura habent eadem, dicuntur similiores: qui proxime accedunt ad id, ut omnia habeant eadem; vocantur gemini, simillimi.

5. Sunt qui tris naturas rerum putant esse simile, dissimile, neutrum, quod alias vocent non simile, alias non dissimile: † Sed quamvis tria sint simile, dissimile, neutrum, tamen potest dividi etiam in duas partes sic, quocunque conferas, aut simile esse, aut non esse: † simile esse et dissimile, si videatur esse, ut dixi; neutrum, si in neutram partem præpondaret, ut, si duæ res, quæ conferuntur, vicinas habent partes, et in his denas habeant easdem, denas alias ad similitudinem et dissimilitudinem æque animadvertendas. Hanc naturam plerique subjiciunt sub dissimilitudinis nomen.

*... homini simile sit et
parteis habeat similis, et ideo dici
bere oculos, manus, pedes, sic alias
una plura.*

*que quod diligenter videndum est i
rtis et quot modis oporteat similis ha
parebit : is locus maxime lubricus e
nihil potest videri indiligenti, quam c
suis et suis ? quæ non sunt, quod i
t suere, alterum suem. Ita quæ simil
ac syllabis confitemur, dissimilia esse
nonis videmus, quod alterum habet ter
casus, quæ duæ res vel maxime disce*
— 8. Item propinquiora genere in
ilem sepe pariunt errorem ut in hoc,
*opus videtur esse simile, quoniam atrumq
in casum rectum : sed non est simile,*
*militudines opus sunt, in quo est ut
rum sint eodem, quod in his non est
vere* est lepus, ex neutro nemus . .
nus, et hoc nemus . .*

runt, aut vitaverunt, aut inceperunt neque adsequi potuerunt. — 10. Itaque in eo dissensio neque ea uniusmodi apparet; nam alii de omnibus universis discriminibus posuerunt numerum, ut Dionysius Sidonius, qui scripsit eas esse septuaginta unam; alii partis ejus, quae habet casus: quojus idem hic quom dicat esse discrimina quadraginta septem, Aristocles rettulit in literas quattuordecim, Parmeniscus octo, sic alii pauciora aut plura.

11. Quarum similitudinum si esset origo recte capta et inde orsa ratio, minus erraretur in declinationibus verborum, quarum ego principia prima dum generum sola arbitror esse, ad qua similitudines exigi oporteat: e quis unum positum in verborum materia, alterum ut in materiæ figura, quæ ex declinatione fit. — 12. Nam debet esse unum, ut verbum verbo, unde declinetur, sit simile; alterum ut e verbo in verbum declinatio, ad quam conferatur, ejusdemmodi sit; alias enim ab similibus verbis similiter declinantur, ut ab herus, ferus, hero, fero: alias dissimiliter herus, ferus, heri, ferum. Quom utrumque et verbum verbo erit simile et declinatio declinationi, tum denique dicam esse simile, ac duplice et perfectam similitudinem habere, id quod postulat analogia.

13. Sed ne astutius videar posuisse duo genera esse similitudinum sola, cum utriusque inferiores species sint plures, si de his reticuero, ut mihi relinquam latebras: repetam ab origine similitudinum, quæ in conferendis verbis et in declinandis sequendæ aut vitandæ sint.

14. Prima divisio in oratione, quod alia verba.

sub casuum ratione, mox neque

est de his verbis quæ declinari
int a voluntate, alia a natura.
quom unusquisvis a nomine alio
omulus Romæ. Naturam dico,
im nomen ab eo, qui imposuit,
idmodum is velit declinari, sed
ijsus Romæ, hanc Romam, hac
partibus voluntaria declinatio
linem, naturalis ad rationem.
ac simile conferri non oportet
oma *Romanus*, sic ex Capua
s; quod in consuetudine vehe
linantes imperite rebus nomina
m accepit consuetudo, turbu
l. Itaque neque Aristarchii, ne
fendendam ejus suscepserunt
hoc genere declinatio in com
borum ægrotat et languecit

tertiam quæ utraque, ut *docens, faciens*; in quartam quæ neutra, ut *docte et facete*. Ex hac divisione singulis partibus tres reliquæ dissimiles. Quare nisi in sua parte inter se collata erunt verba, si non convenient: non erit ita simile, ut debeat facere idem.

18.* Quoniam species plures, de singulis dicam. Prima pars casualis dividitur in parteis duas, in nominatus scilicet *et articulos*, quod finitum et infinitum est, ut *hic et quis*; de his generibus duobus utrum sumpseris, cum reliquo non conferendum, quod inter se dissimiles habent analogias.

19.* In articulis vix adumbrata est analogia, et magis rerum quam vocum; in nominatibus magis expressa, ac plus etiam in vocum* similitudinibus quam in rebus suam obtinet rationem. Etiam illud accedit ut in articulis habere analogias ostendere sit difficile, quod singula sint verba; hic contra facile, quod magna sit cœpia similiūm nominatum. Quare non tam hanc partem ab illa dividendum, quam illud videndum, ut satis sit verecundi, etiam illam in eandem harenam vocare pugnatum.

20. Ut in articulis due partes, finitæ et infinitæ, sic in nominatibus* due, vocabulum et nomen; nos enim idem *oppidum* et *Roma*, quom oppidum sit vocabulum, Roma nomen, quorum discriminem in his reddendis rationibus alii discernunt, alii non: nos sic cubi opus fuerit, quid sit et quor, ascribimus unius quojusque partes. — 21. Nominatui ut similis sit nominatus, habere debet ut sit eodem genere, specie eadem, sic casu, exitu eodem.* Genere, ut, si nomen est quod conferas, cum quo conferas sit nomen: specie

... dini, uni transversi, alteri
bula solet, in qua latrunculis ludi
it qui ab recto casu obliqui declinant
, albo ; derecti sunt qui ab recto ca-
nantur, ut *albus*, *alba*, *album* : ut
bus senis. Transversorum ordinum pa-
r casus, derectorum genera : utrisq[ue]
atis forma.

prius de transversis. Casuum vocabul-
o appellavit ; nos dicemus, qui nomi-
citur, nominandi vel nominativom. . .

Hic desunt tria folia
in exemplari.

x, non dicitur una scopa ; alia enim
ora simplicibus, posteriora in conjun-
la ponuntur ; sic *bigæ*, sic *quadrigæ*
Itaque non dicitur ut hæc una lata
iga, sed *unæ bigæ* : neque ut dici-
libæ, sic hæ duæ bigæ et ceteræ.

que commutantur. — 26. Quare in his quoque partibus similitudines ab aliis male, ab aliis bene quod solent sumi, in casibus conferendis recte an perperas, videndum : sed ubicunque commoventur litteræ, non solum hæ sunt animadvertisse, sed etiam quæ proxime sunt nequæ moventur ; hæc enim vicinitas aliquantum potens in verborum declinationibus. — 27. In quis figuris non ea similia dicimus quæ similis res significant, sed quæ ea forma sint, ut ejusmodi res similis ex instituto significare plerumque soleant ; si tunicam virilem et muliebrem dicimus non eam, quam habet vir aut mulier, sed quam habere ex instituto debet ; potest enim muliebrem vir, virilem mulier habere, ut in scena ab actoribus haberit videndi, sed eam dicimus muliebrem, quæ de eo genere est, quæ induit mulieres ut uterentur est institutum. Ut acter stolam muliebrem, sic Persona et Cascina et Spuria figura muliebria dicuntur habere nomina, non mulierum. — 28. Flexurae quoque similitudo videnda ideo, quod alia verba quam vim habeant, ex ipsi verbis unde declinantur, apparet, ut quemadmodum oporteat ut a *prator*, *consul*, *pratori*, *consuli*. Aliæ ex transitu intelleguntur, ut *socer*, *macer*, quod alterum sit sacerum, alterum macrum, quorum utramque in reliquis a transitu suam viam sequitur et singularibus et in multitudinis declinationibus. Hæ sit ideo, quod naturarum genera sunt due, quæ in se conferti possunt, unum quod per se videri potest *homo* et *equos* : alterum sine assumpta aliqua re trinsecus perspici non possit, ut *eques* et *equus* utique enim dicitur ab equo. — 29. Quippe ^h

rum, item cætera ejusdem generis, sine
isecus aliquo perspicci similitudines non
itur quidam casus quod ex hoc genere s
est dicere similis esse, si eorum sing
animadvertisas voces, nisi assumpseris i
titur in transeundo vox.
Quod ad nominatum similitudines an
s arbitratus sum satis esse tangere, hæc
ur de articulis, in quibus quædam ea
ilia. De quinque enim generibus duo p
lem, quod sunt et virilia et muliebri
t de casibus quod habent quinos : nam
totatus non est. Proprium illud haber
sunt finita ut *hic* et *hæc*, partim infini
æ, quorum quod adumbrata et tenui
oc libro plura dicere non * necesse est.
um genus, quæ verba tempora haben
ed habent personas. Eo
int sex. II.

32. Item sunt declinatum species quatuor quæ tempora habent sine personis, in rogando, ut *fodturne?* *seriture?* et *fodieturne?* *sereturne?* Ac respondendi specie eadem figuræ fiunt extremis syllabis demptis. Optandi species, ut *vivatur*, *ametur*; *viveretur*, *amaretur*. Imperandi declinatus sintne, habet dubitationem; et eorum sitae hæc ratio; *paretur*, *pugnetur*; *parari*, *pugnari*.

33. Accedunt ad has species a copulis divisionum quadrinisi, ab infecti et perfecti, *emo*, *edo*; *emi*, *edi*: a semel et sæpius, ut *scribo*, *lego*, *scriptitavi*, *le-*
cititavi: faciendi et patiendi, ut *uro*, *ungo*; *wor*,
ungor: a singulari et multitudinis, ut *laudo*, *culpo*;
laudamus, *culpamus*. Hujus generis verborum quo-
jus species exposui, quam late quidque pateat et quo-
jusmodi efficiat figuræ, in libris qui de formulis
verborum erunt, diligentius expedietur.

34. Tertiæ generis, quæ declinantur cum tempo-
ribus ac casibus, ac vocantur a multis ideo partici-
palia, sunt hoc ge . . .

*Hic desunt tria
folia.*

35. . . . quemadmodum declinamus, quærimus
casus ejus, etiamsi si qui finxit poeta aliquod vocabulum et ab eo casu ipse aliquem perperam declinavit, potius eum reprehendimus quam sequimur. Igitur ratio quam dico, utrobique est et in his verbis quæ imponuntur, et in his quæ declinantur, neque non etiam tertia illa quæ ex utroque miscetur genere.
— 36. Quarum unaquæque ratio collata cum altera

milis, aut dissimilis; aut s^epe verba alia, ratione; et nonnunquam ratio alia, verba eadem. Quae in amor, amori, eadem in dolor, dolori, neque in dolor, dolore; et cum eadem ratio quae in amor et amoris, sit in amores et amorum: in ea, quod non in ea qua oportet, confertur manus, per se solum efficere non potest analogias inter disparitatem vocis figurarum; quod verbum illatum singulare cum multitudine ita cum est portione, ut eandem habeat rationem, tum denique ratio conficit id quod postulat analogia, de qua abceps dicam.

37. Sequitur tertius locus, quae sit ratio proportionis, quae a Gracis vocatur ἀναλογία: ab analogo dicta analogia. Ex eodem genere quae res inter se aliqua parte dissimiles rationem habent aliquam, si ad eas duas res altera due collatae sunt, quae rationem habeant eandem, quod ea verba bina habent eandem λόγον, dicitur utrumque separatim ἀναλογία; simul collatae quatuor *analogia*. — 38. Nam ut in geminis quoniam simile dicimus esse Menechmum Menachmo, de uno dicimus; cum similitudinem esse in his, de utroque: sic quoniam dicimus, eandem rationem habere esse ad semissimilem, quam habet in argento libella ad sembellam, quid sit analogon ostendimus; quoniam utrobique dicimus et in ære et in argento esse eandem rationem, tum dicimus de analogia. — 39. Ut *sodalis* et *sodalitas*, *civis* et *civitas* non est idem, sed utrumque ab eodem ac conjunctum: sic analogon et analogia idem non est, sed item est congeneratum. Quare si homines sustuleris, sodalis sus-

tuleris; si sodalis, sodalitatem. Sic item si sustuleris λόγον, sustuleris analogon; si id, analogian. — 40. Quæ cum inter se tanta sint cognatione, debebis subtilius audire, quam dici exspectare, id est cum dixerit quid de utroque, et erit communne, ne exspectes, dum ego in scribendo transferam in reliquom, sed ut potius tu persequare animo. — 41. Hæc sunt in dissimilibus rebus, ut in numeris, si contuleris cum uno duo, sic cum decem viginti; nam quam rationem duorum ad unum habent, eandem habent viginti ad decem: in nummis similiter * sic est ad unum victoriatum denarius, sicut ad alterum victoriatum alter denarius. Sic item in aliis rebus omnibus proportione dicuntur ea: in quo est sic quadruplex natura, ut in progenie quomodo est filius ad patrem, sic est filia ad matrem, et ut est in temporibus meridies ad diem, sic media nox ad noctem. — 42. Hoc poetæ genere in similitudinibus utuntur: multum hoc acutissime geometræ; hoc in oratione diligentius, quam alii, ab Aristarcho grammatici, ut, quom dicuntur proportiones similia esse *amorem amori*; *dolorem dolori*; quom ita dissimile esse videant amorem et dolori, quod est alio casu, item dolorem et dolori. — 43. Sed dicunt, quod ab similibus nonnunquam rationes habet implicatas duas, ut sit una derecta, altera transversa. Quod dico apertius, sic fiet. Esto sic expositos esse numeros, ut in primo versu sit unum, duo, quatuor: in secundo decem, viginti, quadraginta: in tertio centum, ducenti, quadragecenti. In hac formula numerorum duo inerunt quos dixi λόγοι, qui diversas faciant analogias: unus duplex qui est in obliquis

... etiamque summae efficiant :
... *albus*, huic *albo*, hujus
: *alba*, huic *albæ*, hujus *albæ*;
: , huic *albo*, hujus *albi*; itaque
declinationes ex his analogiæ hoc
trius; *Albio Atrio*; * quæ sci-
a ex illa binaria; per derectas
lbius Atrius; *Albia Atria*; *
aria formula analogiarum, de qua

æ dicitur, ejus genera sunt duo.
c est : ut unum ad duo, sic decem
i conjunctum, sic : ut est unum
l quatuor, in hoc quod duo bis
inferimus ad unum, et tum cum
e quoque natura dicitur quadrup-
ordis citharæ, tamen duo dicun-
la, quod quemadmodum crepat
ordam, sic quarta ad septuam
alterius prima, alterius extrema.
etumos dies omni obseruantur.

lex legi. * Coniectæ sunt triples in verborum tribus temporibus, ut *legebam*, *lego*, *legam*, quod quam rationem habet legebam ad lego, hanc habet lego ad legam. In hoc fere omnes homines peccant, quod perperam in tribus temporibus haec verba dicunt, quom proportione volunt pronuntiare. — 48. Nam cum sint verba alia infecta, ut *lego* et *legis*, alia perfecta, ut *legi* et *legisti*, et debeat sui quojusque generis in conjungendo copulari, et quom recte sit ideo lego ad legebam : non recte est lego ad legi, quod legi significat quod perfectum ; ut haec, *tutudi pupugi*, *tundo pungo*, *tundam pungam*, item *necatus sum verberatus sum*, * *necor verberor*, *necabor* * *verberabor*, injuria reprehendant, quod et infecti inter se similia sunt, et perfecti inter se ; ut *tundebam*, *tundo*, *tundam*, et *tutuderam*, *tutudi*, *tutudero* ; sic *amabar*, *amor*, *amabor*, et *amatus eram*, *amatus sum*, *amatus ero*. Itaque reprehendunt, qui contra analogias dicunt, quorū dispariliter in tribus temporibus dicantur quadam verba, naturam. — 49. Cum quadruplex sit natura analogia, id nonnunquam, ut dixi, pauciores videtur habere partis : sic etiam alias pluris, ut quom est, quemadmodum ad tria unum et duo, sic ad sex duo et quatuor; quæ tamen quadripartita comprehenditur forma, quod bina ad singula conferuntur. Quod in oratione quoque nonnunquam reperiatur, sic : ut *Diomedes* confertur **Diomedi* et **Diomedibus*, sic dicitur ab *Hercules* *Herculi* et *Herculibus*. — 50. Et ut haec ab uno capite, ab recto casu, in duo obliquos discedunt casus, sic contra multa ab duobus capitibus recti casuum

... *aut ab dissimilibus simut in articulis ab hic, iste, hunc, is*
*gia fundamenta habet aut a volum a natura verborum, aut a re utracle lico impositionem vocabulorum, natu rae vocabulorum, quo decurritur sine impositionem sequetur, dicet, si simile *plus et malus*, fore in obliquo *dolo* ituram sequetur, si sit simile in obliquo *ito*, fore ut sit *Marcum, Quintum. Qu* uetur, dicet si sit simile, transitus *erve, fore ut sit item in cervos cerve* num est, ut quatuor figura vocis ha ve declinatus. — 52. Primum genu nilitudine in rectis casibus, secundum quæ est in obliquis, tertium ab simil i transitibus de casu in casum. Prim ito ad naturam proficiens.*

54. Sed quoniam duobus modis imponitur vocabulum aut re singulari aut multitudine, singulari ut *cicer*, multitudinis ut *scalæ*; nec dubium est, quia ordo declinatum, in quo res singulares declinabuntur solæ, ab singulari aliquo casu proficiscatur, ut *cicer*, *ciceri*, *ciceris*; item contra in eo ordine, qui multitudinis erit solum, quin a multitudinis aliquo casu ordiri conveniat, ut *scalæ*, *scalis*, *scalas*: aliud videndum est, quom duplex natura copulata, ac declinatum bini fiant ordines, ut est *mas*, *mares**; unde tum ratio analogiæ debeat ordiri, utrum ab singulari re in multitudinem, an contra? — 55. Neque enim, si natura ab uno ad duo pervenit, idcirco non potest amplius esse in docendo posterius, ut inde incipias, ut quid sit prius, ostendas. Itaque et hi, qui de omni natura disputant atque ideo vocantur Physici, tamen ex his ab universa natura prosecti, retro quæ essent principia mundi, ostendunt. Oratio quom ex literis constat, tamen eam grammatici de literis† ostenderunt. — 56. Quare in demonstrando, quoniam potius proficisci oportet ab eo quod apertius est, quam ab eo quod prius est, et potius ab incorrupto principio, *quam , et potius* ab natura rerum, quam ab lubidine hominum, et hæc tria, quæ sequenda magis sunt, minus sunt in singularibus quam in multitudine; †commodius potest ordiri, quod in his principiis minus orationis verbis singendis verborum forma facilis† singularia videri posse, quam ex singularibus multitudinis, hæc ostendunt: *trabes* *trabs*; *duces*, *dux*. — 57. Videmus enim, ex his verbis trabes, duces de extrema syllaba F. literam exclusam, et ideo in

...us quam inde ordinem
assumere oportebit figuram eas, c
iguæ, sive singulares sive multitud.
quojusmodi debet esse, perspici pos
nonnunquam alterum ex altero videt
scribit, quemadmodum pater ex f
itre, neque minus in fornicibus propt
xtra stat, quam propter dextram sin
r et ex rectis casibus obliqui, et ex obl
singularibus multitudinis, et ex mult
lares nonnunquam recuperari possunt.
ium id potissimum sequi debemus, ut i
m sit in natura, quod in declinationil
atio. Facile est enim animadvertere, pe
cadere posse in impositions eas, q
ue in rectis casibus singularibus, qu
riti et dispersi vocabula rebus imponu
s libido invitavit; natura incorru
suapte sponte, nisi qui eam usu ins
61. Quare si quis principium analogie
in naturalibus casib...
...

discriminibus facilius reliquorum varietatem discernere poterit, quod ei habent exitus aut in A, ut hac *terra*; aut in E, ut hac *lance*; aut in I, ut hac *levi*; aut in O, ut hoc *cælo*; aut in U, ut hoc *versu*. Igitur ad demonstrandas declinationes biceps unat hæc.

63. Sed quoniam, ubi analogia, tria, unum quod in rebus, alterum quod in vocibus, tertium quod in utroque, duo priora simplicia, tertium duplex: animadvertisendum hæc quam inter se habeant rationem. — 64. Primum ea quæ sunt discrimina in rebus, partim sunt, quæ ad orationem non attineant, partim quæ pertineant. Non pertinent, ut ea quæ observant in artificis et signis faciendis cæterisque rebus artifices, eis qui vocantur aliæ harmonicæ, sic item aliæ nominibus aliis: sed nulla harum fit loquendo pars ad orationem. — 65. Quæ pertinent res, eæ sunt quæ verbis dicuntur proportione, neque a similitudine quoque vocum declinatus habent, ut *Juppiter*, *Maspiter*; *Jovi*, *Marti*. Hæc enim generis nominum et numero et casibus similia sunt inter se, quod utraque et nomina sunt, et virilia sunt, et singularia, et casu nominandi et dandi. — 66. Alterum genus vocale est, in quo voces modo sunt proportione similes, non res, ut biga, bigæ, nuptia, nuptiæ. Neque enim in his res singularis subest una, quom dicitur biga, quadriga; neque ab his vocibus quæ declinata sunt multitudinis, significant quidquam, ideo quod omnia multitudinis, quæ declinantur ab uno, ut a merula, merulæ, sunt ejusmodi ut singulari subjungantur: sic merulæ duæ, catulæ tres, faculæ quattuor. — 67. Quare cum idem non possit subjungi, quod non dicimus biga una, qua-

*æ, nuptiæ tres, sed pro eo una bigæ, binæ
æ, trinæ nuptiæ : apparet non esse biga et
a, et bigæ et quadrigæ ; sed ut est hujus or-
ia, duæ, tres principium una : sic in hoc or-
ero unæ, binæ, trinæ, principium est unæ.—*
*rtium genus est illud duplex, quod dixi, in
res et voces similiter proportione dicuntur, ut
, malus : boni, mali ; de quorum analogia et
tophanes et alii scripserunt. Etenim hæc denique
cta, ut in oratione illæ duæ simplices inchoatæ
ogiae, de quibus tamen separatim dicam, quod his
que utimur in loquendo.*

9. Sed prius de perfecta, in qua et res et voces
adam similitudine continentur ; quojus genera sunt
ia, unum vernaculum ac domi natum, alterum ad-
tentium, tertium nothum ex peregrino hic natum.
Vernaculum est ut *sutor et pistor* ; *sutori et pistori*.
Adventitium est ut *Hectores, Nestores* ; *Hectoras,*
Nestoras. Tertium illud nothum ut *Achilles et Pe-
leus*. — 70. Eo genere multi utuntur non modo
poetæ, sed etiam plerique ac primo omnis, qui soluta
oratione loquontur, dicebant, ut quæstorem, præto-
rem, sic *Hectorem, Nestorem*. Itaque Ennius ait :

Hectoris natum de muro jactarier.

Accius hæc in tragediis largius a prisca consuetudine
movere cœpit, et ad formas Græcas verborum magis
revocare, * a quo Valerius ait :

Accius Hectorem nolet facere, Hectora malet.

Quod adventitia pleraque habemus Græca, securum

ut de nothis Græcanicos quoque nominatus plurimum haberemus. Itaque ut hic alia Græca, alia Græcanica, sic analogiæ. — 71. E quis quæ hic nothæ sunt declinationes, de his aliæ sunt priscae, ut *Bacchideis* et *Chrysodeis* : aliæ juniores, ut *Chrysides* et *Bacchides* : aliæ recentes, ut *Chrysidas* et *Bacchidas* : quom his omnibus tribus utantur nostri, maxime qui sequuntur media in loquendo, ostendunt minimum ; quod prima parum similia videntur esse Græcis unde sint tralata, tertia parum similia nostris.

72. Omnis analogia fundamentum similitudo quædam, ut dixi, quæ solet esse in rebus, in vocibus, et in utroque : in qua harum parte cumque sit in ferendo et quojusmodi, videndum. Nam, ut dixi, neque rerum, neque vocis similitudo ad has duplicitis ^{*}analogias verborum exprimendas*, quas in loquendo querimus, separatim satis est, quod utraque parte opus est simili. Quas ad loquendum ut perducas, accedere debet usus ; alia enim ratio, qui facias vestimentum ; alia, quemadmodum utare vestimento. — 73. Usuis species videntur esse tres ; una consuetudinis veteris ; altera consuetudinis hujus ; tertia neutra. Vetera, ut *cascus*, *casci*, *surus*, *suri*. Hujus consuetudinis, ut *albus*, *caldus* ; *albo*, *caldo*. Neutra, ut *scala*, *scalam* ; *salera*, *saleram*. Ad quas accedere potest quarta mixta, ut *amicitia*, *inimicitia* ; *amicitiam*, *inimicitiam*. Prima est, qua usi antiqui, et nos reliquimus : secunda, qua nunc utimur : tertia, qua utuntur poetae.

74. Analogiæ non item ea definienda quæ diriguntur ad naturam verborum, atque illa quæ ad usum

*proposita analogia erit definita. Ha-
i debet populus, secundam omnes
tertiam poetæ. — 75. Hæc diligen-
dicta esse arbitror, sed non obscu-
simili definitiones grammaticorum
Aristodemi, Aristochi, item aliorum,
les eo minus reprehendendæ, quod
nes re incognita propter summam
cile perspicuntur, nisi articulatum
76. Quare magis apparebit, si erit
is partibus : quid dicatur verbum,
rbi, quid declinatio, quid simili-
ion repugnante consuetudine com-
idam parte. — 77. Verbum dico
item, quæ sit indivisa et minima,
turalem habeat. Simile est verbum
et re quam significat, et voce qua
iræ transitus declinationis parile.
m ex verbo in verbum, aut ex
transcat mens, vocis commutatio
lo declinationis.*

dicas pro *fauces*, *faux*. Ubi additur, ex quadam parte, significat non esse in consuetudine in his verbis omnis partis, ut declinatum *amo*, *juvo*; *amor*, *juvi-*

79. Quid videretur analogia in oratione, et quae haberet species, et quae de his sequenda videretur, brevi potui, informavi; nunc in quibus non debet esse, ac proinde ac debeat soleat quæri, dicam. Fere sunt quatuor genera: primum in id genus verbi quæ non declinantur, analogia non debet quæri, in his *nequam*, *mox*, *vix*. — 80. De his magis alio quam in alio erratur verbo; dant enim non habere casus *mox* et *vix*; *nequam* habere, quod dicimus hic *nequam* et hujus *nequam* et huic *nequam* cum enim dicimus hic *nequam* et hujus *nequam* tum hominis ejus, quem volumus ostendere esse non *nequam*, dicimus *casus*, et ei *præponimus* tum *hic* in *men*, quojus putamus nequitiam. — 81. Quod vocabulum factum ut ex non et volo *nolo*; sic ex *nequidquam*, item media extrita syllaba, coactum est *nequam*. Itaque ut eum quem putamus esse non habemus *nihil*: sic in quo putamus esse nec quidquam, dicimus *nequam*. — 82. Secundo, si unum solum habent casum in voce, quod non declinentur, uero literæ omnes. Tertio, si singularis est vocabuli series, neque habet cum qua comparari possit, ut esse putantur *caput*, *capiti*, *capitis*, *capite*. Quartum, si ea vocabula quatuor, quæ conferuntur inter se, rationem non* habent quam oportet, ut *socer*, *socrus*; *soceros*, *socrus*.

83. Contra in quibus debeat quæri analogia, scilicet totidem gradus debent esse conjuncti. Primum, uero

studinis natura singularis non est, et
hi *tres*; his *duobus* et his *tribus*.
radu si est natura, neque est usus,
scriminandum, ut sit in *faba* et id g
et ex parte et universa nominamus; n
ut in servis

M. TERENTI VARRONIS

EX LIBRIS

DE LINGUA LATINA

FRAGMENTA.

LIBER I.

*

1. Secente G vel C pro ea G scribunt Græci; et quidam tamen vetustissimi auctores Romanorum eu-
phoniæ causa bene hoc facientes, ut *Agchises, agceps,*
aggulus, aggens, agguilla, iggerunt. In hujus-
cmodi Græci et Accius noster bina gg scri-
bunt, alii n et g, quod in hoc veritatem videre
facile non est.

*Ut Ion scribit, quinta vicesima et littera
quam agma vocant, cuius forma nulla, et vox
communis est Græcis et latinis, ut his verbis:
aggulus, aggens, agguilla, iggerunt. In hujus-
cmodi Græci et Accius noster bina gg scri-
bunt, alii n et g, quod in hoc veritatem videre
facile non est.*

PRISCIANUS tom. I, pag. 37. Kr. p. 556. P.

*

Leæna. Hoc nomen licet veteres Lat
iuctoritate tamen valet. Dicebant enim
'um et feminam, ut Plautus in Vidulari
feminam ego leonem semel parire.
ia libro II sic ait : *Statuerunt ærea*
eam vero VARRO ad Ciceronem libro
licet panthera et lea. PHILARGYRII
Ecl. II, 63.

*
or ambigue declinatur apud veteres i
to; reperimus enim *fictus* et *fixus*. Sc
ua : *Sagittis*, inquit, *confictus*. VAR
n tertio *fixum*. DIOMEDES p. 373. P

*
δέος] VARRO ad Ciceronem tertio : *It*,
ur dicant deos, cum *livos.* ~~scimus~~

Argumentis supra dispositis locum suum assignant
conati sumus.

LIBER XI.



5. Rure Terentius in Eunucio : *Ex meo propinquo rure hoc capio commodi.* Itaque et VARRO ad Ciceronem vigesimo secundo *Rure veni*, quem Plinius ad eundem undecimo *rure ordinatum arustum* dixisse laudat. CHARISIUS pag. 115. P.



6. *Poematorum* et in secundo et in tertio idem VARRO assidue dicit et *poematis*, tanquam nominativo hoc poematum sit, non hoc poema; nam et ad Ciceronem undecimo : *Horum poematorum et his poematis*, oportere dici ait. CHARISIUS pag. 114.



7. *Catinus* masculino genere dicitur ut Mace-
nas in X. : *Jugeribus fumans calido cum farre catinus*, et hinc diminutiva *catillus* fit, ut Asinius contra maledicta Antonii : *Volitantque urbe tota catilli.* Sed VARRO ad Ciceronem undecimo *catinuli* dixit, non *catilli*. CHARISIUS pag. 60 seq.



LIBER XIII.

*

VARRO ad Ciceronem decimo tertio
putat, inquit, *fieri*. Plinius sermon
to. CHARISIUS pag. 112.

*

as per T VARRO ad Ciceronem de
it, sed Fabianus de animalibus prim
B. Alii dicunt palpetras genas, palpe
is pilos. CHARISIUS pag. 81.

*

LIBER XVIII.

*

*

LIBER XXII.

*

V. supra fragm. ex libro XI.

*

LIBER XXIII.

*

12. *Ingluviem.* VARRO ad Ciceronem in libro
vicesimo tertio :

*Ingluvies, inquit, sunt tori circa gulam, qui
propter pinguedinem fiunt atque interjectas
habent rugas.*

PHYLARGYRIUS ad Georg., III, 431.

*

LIBER XXIV.

*

13. M. VARRO in libro de Lingua Latina ad Ci-

ro XVI, 8.

*
untur *haurio*, *hausi*; invenitur tam
vel *haurii*. VARRO in vicesimo quar-
tum *haurierint*.

m. I, pag. 509. Kr. pag. 905. p.

*
